GVARINI VERONENSIS.

VIRI PERITISSIMI.

REGVLÆ GRAMMATICES

Priſtinæ lectioni reſtitutæ.

34-5-A-16



MACERATAE,

Apud Curtium Gobbum, & Ioſephum Pandarum. M. DC. XXXXV.

DD. Superiorum permiſſu.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Oratio D. Thomæ ante Studium.
ex verep.

O Creator ineffabilis qui verus es fons luminis, & ſapientiæ, quique linguas infantium facis eſſe diſertas, linguam meam erudias, atq; in labijs meis gratiã tuæ benedictionis infundas. Da mihi intelligendi acumen, addiſcendi facilitatem, & loquendi gratiam copioſam. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

QVID eſt Grammatica? Grammatica eſt ars rectè loquendi, rectèq; ſcribendi ſcriptorum, & Poetarum lectionibus obſeruata. Vnde dicitur Grammatica Apoton, Grammaton, hoc eſt à litteris, latinè; enim littera dicitur, quod ex litteris ſyllabę fiant, ex ſyllabis dictionibus orationes, ex quibus diſciplina grammatica conſtruitur.

PArtes Grammaticę ſunt quatuor, videlicet; Littera, Syllaba, Dictio, Oratio; Littera, vt u: Syllaba, vt ue; Dictio, vt veritas; Oratio, vt veritas odiũ parit. Littera eſt minima pars vocis compoſitę, vel littera eſt vox indiuidua, quę ſcribi poteſt. Dicitur autem littera quaſi legitera eo quod legentibus iter prębat, vel à lituris (licet prima corripiat) quod plerumq; in cereis tabulis antiqui ſcribere ſolebãt Syllaba eſt cõpræhenſio litterarũ ſub vno accentu, & vno ſpiritu idiſtãter prolata. Dictio eſt minima pars orationis quantũ ad ſenſũ. Oratio eſt ordinatio dictionũ congruã perfectamq; ſententiã demoſtrans. Litterarũ quædã ſunt Vocales, quędã ſunt Cõſonãtes. Vocales ſunt quinq; a e i o u, y verò gręca vocalis eſt qua vtimur in dictionibus gręcis. vt Hieronymus Ex quibus fiunt dipthõgi quatuor, ſcilicet, æ, œ au, & eu. Cõſonãtes sũt ſexdecim, b c d f g k l m n p q r ſ t x z h: enĩ non eſt littera, ſed aſpirationis nota Conſonantibus quędã ſunt mutę, quędã ſemiuocales. Mutę ſunt nouẽ, b c d f g k p q t z; nouiter reperta eſt littera, pro ea enim veteres gemino ſi vtebatur, vt patriſſo pro Patrizzo, ſed inter mutas ãnumerari poteſt. ſemiuocales ſunt ſex: l m r ſ x. Cõſonãtes enĩ ſunt i, & u cũ ea ſequatur vocalis in eadẽ ſyllaba, vt iuppiter, & venus ſciẽdum eſt, quod x, & z duplices conſonantes ſunt z enim pro c, & s verò prò duplici ſi ponitur. Scito etiam l, & r, liquidas vocari. Ommiſſo in pręſenti de ſyllaba: de reliquis dicatur

PArtes Orationis ſunt octo,ſcilicet,Nomē,verbū Participium,Pronomen,Præpoſitio, Aduerbiū. Interiectio, Coniunctio. Ex quibus quatuor ſunt declinabiles;ſcilicet Nomen,Verbum,Participium, & Pronomen,Reliquę verò ſunt indeclinabiles:Præpoſitio,Aduerbiū,Interiectio,& Coniunctio. Quid eſt nomen? Nomen eſt pars orationis declinabilis ſignificans ſubſtantiā,& qualitatē propriam,vel cōmunē cum caſu.Quot ſunt accidētia nominis.Quinquæ.Quę Species,Genus,Numerus,Figura,& Caſus. Quid eſt ſpecies in nomine? Eſt elementalis cōpoſitio,per quā fit primitiui,vel deriuatiui diſcretio,vel Species eſt proprietas deriuādi ab aliquo, vel à nullo.Quot ſunt ſpecies nominū? Duę, quæ primitiua, & Deriuatiua.Primitiua,vt mons.Deriuatiua;vt mōtanus.Quid eſt genus in nomine? Eſt exploratio ſexus,quę fit per vocē carentē genere,nā illa vox non eſt genus,ſed quod per eam intelligitur. Quot ſunt genera nominum. Septem largè loquendo Maſculinum,vt hic Deus: Fœmininū,vt hæc Maria:Neutrū vt hoc Cœlū.Cōmune,vt hic, & hæc virgo.Omne, vt hic,& hæc,& hoc fœlix.Promiſcuū,vt hic paſſer Incertū,vt hic,vel hæc dies.Quot ſunt articuli.Tres Qui? Hic,hæc,hoc. Hic eſt generis maſculini.Hæc fœminini,hoc neutri, hic, hæc communis, hic, & hęc,& hoc omnis,hic,vel hęc incerti,hic paſſer promiſcui.Quid eſt numerus ī nomine?Eſt forma dictionis in voce, quæ deſcritionē quantitatis facere poteſt.Quot ſunt numeri nominum? Duo qui ſingularis,& pluralis.Singularis,vt nauta. Plural. vt nautæ. Quid eſt figura in nomine? eſt ſimpliciū cōpoſitarū, vel decōpoſitarum dictionū diſcrimē. Quot ſunt figurę nominū: tres.Quę ſimplex cōpoſita,& decompoſita? Simplex,vt iuſtus,compoſita,vt iniuſtus,decōpoſita,vt iniuſtitia.Quid eſt caſus ī nomine;eſt variatio cauſaliū dictionū,quæ maximè fit ī fine.Quot

ſunt

ſunt caſus nominuũ? Sex. Qui? Nominatiuus, genitiuus, datiuus, accuſatiuus, vocatiuus, & ablatiuus. Nominatiuus, vt Cæſar, genitiuus, vt Cæſaris, datiuus, vt Cæſari. Accuſatiuus, vt Cæſarẽ. Vocatiuus, vt ò Cæſar. Ablatiuus, vt à Cæſare. Quot ſunt recti? Vnus, ſcilicet Nominatiuus. Obliqui ſunt quatuor, genitiuus, datiuus, accuſatiuus, & ablatiuus, vocatiuus autẽ eſt per ſe vocandi caſus. Quot ſunt declinationes nominũ? Quinque. Quę. Prima, ſecũda, tertia, quarta, & quinta. Prima cuius genitiuus ſingularis in æ diphithongum deſinit, vt hic Poeta poetę. Secũda in i, vt hic Dominus domini. Tertia in is, vt hic pater patris. Quarta in us, vel in u, vt hic viſus, & hoc cornu. Quinta in ea diuiſas ſyllabas, vt hic, vel hæc dies, huius diei. Nominũ aliud propriũ, aliud appellatiuum. Propriũ eſt illud, quod vni ſoli conuenit, vt Gabriel. Appellatiuũ eſt illud, quod naturaliter commune eſt multorũ, vt homo, & animal. Appellatiuorum nominũ, aliud ſubſtantiuũ, aliud adiectiuũ. Subſtantiuũ nomen eſt illud, quod variatur per vnũ articulum tantum, vt hic Petrus, vel per duos ad plus, vt hic, & hæc homo. Adiectiuũ nomẽ eſt illud, quod variatur per tres articulos, & vnã vocẽ, vt hic, & hæc, & hoc fælix, vel per tres articulos, & duas voces, vt hic, & hæc fortis, & hoc forte, vel per tres articulos, & tres voces, vt hic acer, hæc acris, & hoc acre, vel per tres diuerſas voces, vt albus, alba, albũ; ſubſtantiuũ dicitur, quod per ſe ſtare poteſt; adiectiuum verò, quod adijcitur alteri ideſt ſubſtãtiuo ſuo.

QVid eſt Verbum? Verbũ eſt pars orationis declinabilis, quę cum modis, & temporibus ſine caſu agendi, vel patiendi eſt ſignificatiua. Quot ſunt accidẽtia verbi? Octo. Quę genus, tẽpus, modus ſpecies, figura, coniugatio, perſona cum numero. Quot ſunt genera Verborum? Quinque. Quę Actiuũ, paſſiuum, neutrum, cõmune, deponens. Actiuum, vt amo. Paſſiuum, vt amor. Neutrum, vt ſeruio. Commune, vt largior. Deponens, vt perſequor. Quot ſunt tem-

pora verborum,quique; Quæ præſens,vt amo. Præteritum imperfectum, vt amabam. Præteritum perfectum vt amaui.Præterito pluſquam perfectum, vt amaueră.Futurũ vt amabo?Quot ſunt modi verborũ? Quique. Qui? Indicatiuus, Imperatiuus,Optatiuus, Subiunctiuus, & Infinitiuus, Indicatiuus, vt amo.Imperatiuus vt ama,Optatiuus,vt vtinã amarem,Subiunctiuus,vt cum amē,Infinitiuns,vt amare.Quot ſunt ſpecies verborum; Duo,quæ? Primitiua & deriuatiua. Primitiua, vt amo; Deriuatiua, vt amaſco. Quot ſunt figuræ verborum: Tres, quæ; Simplex compoſita,& decõpoſita? Simplex,vt amo compoſita,vt peramo, decompoſita, vt peramaſco. Quot ſunt coniugationes verborum.Quatuor,Quę; prima,ſecunda,tertia,& quarta. Prima,quæ in ſecũda perſona præſentis indicatiui habet as,aut aris lõgum,vt amo,amas,& amor amaris. Secũdã,quæ habet es,aut eris longũ,vt doceo,doces,& doceor doceris. Tertia,quę habet is,aut eris breuē, vt lego legis; & legor legeris. Quarta quæ habet is, aut iris longum,vt audio,audis & audior,audiris.Quot ſunt perſonæ Verborum; Tres, Quæ prima, ſecunda; & tertia,Prima,vt amo,ſecũda,vt amas,tertia,vt amat. Et ſimiliter in plur.Prima,vt amamus,ſecũda,vt amatis,tertia,vt amãt.Quot ſunt numeri verborũ? Duo. Qui ſingularis, & pluralis. Siũglaris, vt amo, Pluralis,vt amamus. Quot ſunt verba anomala.Quatuor, Quæ? sũt,volo,fero & do cum ſuis cõpoſitis,& dicũtur anomala,quaſi ſine regula.Quot ſunt verba anocopata? quatuor. Quæ? Dic, & vc, Fac, & Fer: pro, dice, duce, face, & fere.

QVid eſt participiũ? Eſt pars orationis declinabilis habēs genera, & caſus ad ſimilitudinem nominis tẽpora, & ſignificationes, ad ſimilitudinē verbi: numerũ,& figurã ad ſimilitudinem vtriuſque. Quot ſunt accidētia participijs?Sex,quæ,Genus,Caſus,Tempus,Significatiõ.Numerus,& Figura. Quot ſunt ganera participiorum? Quinque.Quæ maſculinum

aum,vt lectus,Fœmininũ,vt lecta,Neutrum,vt lectũ Commune,vt in accuſatiuo hunc, & hanc legenté. Omne vt hic & hæc,& hoc legens. Quot ſunt caſus participiorũ;Sex.Qui; Nominatiuus vt legens,genitiuus vt legẽtis,datiuus vt legẽti, accuſatiuus vt legenté,vocatiuus vt ò legens, ablatiuus vt à legẽte. Quot ſunt tẽpora participiorũ Quique coniũcta in tribus. Quæ præſens,& præteritum imperfectum ſimul,vt amans,legens; præteritũ perfectum,& plusquã perfectum ſimul, vt amatus, & lectus Futurum per ſe vt amatus,& amãdus.Quot ſunt ſignificationes participiorũ? Quinque Quæ; Actiua vt amans; paſſiua vt amaturus; Neutrali,vt ſeruiens; Cõmunis vt largiens Deponẽs vt perſequẽs.Quot ſunt numeri participiorũ; Duo.Qui; Singularis,vt legens,pluralis,vt legẽtes,Quot ſunt figuræ participiorũ;Duæ. Quæ Simplex,vt amans Decompoſita vt peramans.

QVid eſt pronomen?Pronomen eſt pars orationis declinabilis,quæ pro proprio nomine ponitur & certam ſignificat perſonam; Vnde dicitur pronomẽ ex pro,& nomine, eo quod pro proprio nomine ponatur in coſtructione, Quot ſunt accidentia pronominis Sex Quæ,Species,Genus Numerus,Figura, Perſona,& Caſus. Quot ſunt ſpecies pronominum, Duæ,Quæ. Primitiua, & deriuatiua; primitiua. vt ego,deriuatiua vt meus Quot ſunt genera pronominum; Quinque.Quę? Maſculinum,fæmininum,neutrum commune,& omne?Maſculinum,vt ille,fœmininum, vt illa, neutrum, vt illud comune, vt hic, & hæc noſtra,omne, vt ego,tu,ſui. Quot ſunt numeri pronominum? Duo.Qui ſingularis,& pluralis: Singularis,vt ego.Pluralis,vt nos.Quot ſunt figuræ pronominũ? Duæ Quæ? Simplex,& cõpoſita. Simplex vt id compoſita,vt idem.Quot ſunt perſonæ pronominum?Tres Quę prima,ſecunda,& tertia Prima vt ego ſecunda,vt tu tertia, vt ille.Quot ſunt caſus pronominũ;Sex Qui?Nominatiuus,Genitiuus,Datiuus Accuſatiuus,vocatiuus,& Ablatiuus.Quot ſũt mo-

di pronominũ?quatuor.Qui?Primus,ſecũdus,tertius & quartus. Quot sũt pronomina primi modi? Tria. Quę Ego,tu,ſui.Secũdi modi? Quinq; Quę?dic ipſe, iſte,hic,& his. Tertij modi?Quinq; Quę? meus,tuus, ſuus,noſter,& veſter.Quarti modi?Duo.Scilicet noſtras,& veſtras.Quot sũt Pronomina de quibus nulla eſt dubitatio apud latinos? quindecim.Quæ octo primitiua, & ſeptẽ deriuatiua. Primitiua ſunt octo ſcilicet,Ego,tu,ſui,ille,ipſe,iſte,hic,& is.Deriuatiua ſunt ſeptem.ſ. Meus,tuus,ſuus,noſter,& veſter,noſtras, & veſtras. Quot ſunt pronomina demonſtratiua? Quatuor. Quæ? Ego, tu, hic, & iſte. Quot ſunt Pronomina relatiua? Quatuor. Quę? Is, ſuus, ipſe, ſui. Quot ſunt Pronomina poſſeſſiua? Quinque. Quę: Meus,tuus,ſuus,noſter,& veſter.

NOminatiuus cũ verbo tenetur concordare in duobus,in perſona,& in numero,vt Preceptor docet.Relatiuum cũ antecedẽte tenetur in duobus, in genere,& in numero,vt video Petrum,qui legit. Adiectiuum cum ſubſtantiuo tenetur in tribus in genere, in numero, & in caſu, vt vir bonus. Nota quot relatiuum incipiens à C,vel à Q impedit verbum, ne fit principale.

De Verbis Actiuis.

NOta,quod Verbum Actiuum ſimplex eſt illud, quod deſinit in o,& format ex ſe paſſiuum in or, & vult ante ſe nominatiuum agentem, & poſt ſe accuſatiuum patientem, vt ego amo Deum.

Amo	as	aui	atum	
Diligo	gis	lexi	lectum	per amare
Fero	fers	tuli	latum	
Porto	as	aui	atum	per portare
Lego	gis	legi	lectum	per legere
Canto	tas	taui	tatum	per cantare
Verbero	ras	raui	ratum	per battere
Faſtidio	dis	diui	ditum	per hauere in faſtidio
Honoro	ras	raui	ratum	per honorare

Diligo, finit, amo, vocat, inchoat, & lego, canto.
Aſpicit, & ſtudeo, cerno, iuuat, & fero, porto.

Acquiro
Adiuuo
Cognoſco
Colo
Contenno
Deſidero
Expecto
Fallo
Inuenio
Laudo
Occido
Offendo
Quaro
Sperno
Supero
Tineo
Torqueo
Video
Voco

Accuſatiuo his verbi iungito ſoles.

NOta, quod verbum actiuum poſſeſſiuum eſt illud, quod vult ante ſe nominatiuum agentem, & poſt ſe accuſatiuum patientem, & vltrà genetiuum, vel ablatiuum ſine præpoſitione: vt ego emo librum duobus ducatis, vel pluris.

Emo	emis	emi	emptum	per comprare
Vendo	dis	didi	ditum	per vendere
Æſtimo	as	aui	atum	per eſtimare
Paſco	ſcis	paui	paſtum	per paſcere
Loco	as	aui	atum	per affittare
Accuſo	as	aui	atum	per accuſare
Cibo	bas	aui	atum	per cibare
Arguo	guis	argui	argutum	
Reprehendo	dis	henſi	enſum	per riprendere

Damnat, & accuſat, cibat, arguit, implet, emitque,
Æſtimo, cum vendo, ſaturo, increpo, nutrio, paſco,
Hæc ablatiuis coniungimus, & genitiuis.

PRætium ponitur in ablatiuo ſine præpoſitione, exceptis his genitiuis tanti, quãti, magni, multi, parui, plurimi, maximi, minimi, pluris, & minoris, cũ compoſitis. Et ſimiliter criminum nomina in genitiuo ponuntur: vt parui librum emi, & furti te accuſaui. Cætera in ablatiuo, vt Iudex damnauit te tuo ſcelere: te percuſſiſti ſocium lapide, & ego paruo pretio librum emi.

NOta, quod Verbum actiuum acquiſitiuum eſt illud, quod vult ante ſe nominatiuum agentem & poſt ſe accuſatiuum patientem, & vltrà datiuũ, vt ego do panem pauperibus,

Do	das	dedi	datum	
Tribuo	buis	bui	butum	per dare
Parco	cis	parci	ſum	per riſparmiare
Promitto	tis	miſi	miſſum	
Spondeo	des	ſponpondi	ſponſum	per promettere
Declaro	ras	raui	ratum	per dichiarare
Mutuo	as	tuaui	atum	
Commodo	das	daui	datum	

Arceſſo
Conduco
Condemno
Damno
Multo
Inſimulo
Increpo
Redimo
Reuendo
Venundo

Facio, & magni, parui, plurimi, &c. Dicimus & magno, paruo, caro vili, plurimo, &c.

Affero
Affirmo
Aſſero
Aperio
Aufero
Commendo
Decito
Edico
Eripio
Indico
Mitto
Nuntio
Offendo
Prodo
Refero

Remitto Præſto ſtas ſtiti præſtitum per preſtare
Reſpondeo Dico dicis xi dictum per dire
Reſtituo Narro ras raui ratum per narrare
Reddo Dono nas naui natum per donare
Scribba Do, tribuo, impendo, ſubmitto, & exhibet addo.
Trado Mutuo, concedo, preſto, manifeſtoque, narro,
Voto Dico, ſignifico, promitto, ſpondeo, dono.
Poſt quartum caſum iungi voluere datiuum.

Augeo, conduplico, acumulo, impertio, dono, poſſunt eſſe tertij,& quinti ordinis, hoc eſt acquiſitiui, & effectiui, vt ego donabo librum tibi, & te libro donabo.

Admoneo te de hac re & huius rei Nota quod verbum actiuum tranſitiuum eſt illud, quod vult ante ſe nominatiuum agentem, & poſt ſe accuſatiuum patientem ſignificantem rem animatam, & vltra alium accuſatiuum; vt ego doceo te gramaticam.

Doceo doces cui doctum per inſegnare
Moneo nes nui nitum per ammonire
Celo te de hac re Veſtio veſtis ſtiui veſtitum per veſtire
Induo induis indui indutum
Conſulo Amicio is cui ctum per veſtire
Dedoceo Exuo exuis exui xutum per ſpogliare
Diſcingo Calceo ceas ceaui atum per calzare
Exero Cingo gis cinxi cinctum per cingere
Interogo te de hac re Hæc ſex verba poſſunt etiam habere ablatiuum loco accuſatiui, vt induo veſtem, vel veſte: & cinxi illum baltheum, vel baltheo.

Oro oras raui ratum
Rogo gas gaui gatum
Hac habet etiam abl. cum prap. vt peto id à te, &c. Obſecro cras craui cratum per pregare
Peto petis tiui, vel petij petitum
Poſco poſcis popoſci ſine ſupino
Poſtulo ſtulas laui latum per domandare
Flagito gitas taui tatũ per domandar cõ inſtanza

Flagito, poſco, peto, doceo, rogo, calceo, celo,
Veſtito, ſubcingo, moneo ſimul induit oro:
Accuſatiuos geminos hæc verba requirunt.

Nota

NOta quod verbum actiuum effectiuum eſt illud quod vult ante ſe nominatiuum agentem, & poſt ſe accuſatiuum patientem, & vltrà ablatiuum ſine præpoſitione, vt ego ſpolio te veſte.

Spolio	as	aui	atum	per ſpogliare
Priuo	uas	uaui	uatum	per priuare
Onero	ras	raui	ratum	per caricare
Pondero	ras	raui	ratum	per peſare
Armo	armas	maui	matum	per armare
Orno	nas	naui	natum	per ornare
Munio	nis	niui	nitum	per fortificare
Fulcio	cis	fulſi	fultum	per ſoſtenere
Imbuo	buis	bui	butum	
Impleo	ples	pleui	pletum	per empire
Alo	alis	alui	alitum	vel altum
Nutrio	tris	triui	tritum	per nudrire
Paſco	ſcis	paui	paſtum	per paſcere
Educo	cas	caui	catum	per alleuare

Educo cum ſpolio, vacuo, munio, imbuo, priuo,
Fulcio, ſic onero leuat verba notabis.
Hæc ablatiuos ſolos actiua requirunt.

NOta quod verbum actiuum ſeparatiuum eſt illud, quod vult ante ſe nominatiuum agentem, & poſt ſe accuſatiuum patientem, & vltrà ablatiuũ cum à, vel ab, vt ego audio lectionem à magiſtro.

Audio	audis	diui	ditum	per vdire
Intelligo	ligis	lexi	lectum	per intendere
Moueo	ues	moui	motum	per mouere
Diuido	dis	uiſi	uiſum	per diuidere
Separo	ras	raui	ratum	per ſeparare
Segrego	gas	gaui	gatum	per diſpartire
Accipio	cipis	cepi	ptum	per riceuere
Euello	llis	euelli	ſum	per ſtirpare
Diſco	ſcis	didici	ſine ſup.	per imparare
Ediſco	ſcis	edidici	ſine ſup.	per imparare à mẽte

Audio, cum moueo recipi cum diuido ſumo.
Segrego, diuello, atque intelligo ſeparat hauri.
Poſt quartum iungi vult præpoſitio ſextum.

Afficio
Abaito
Decoro
Erudio
Exonero
Farcio
Fado
Figo
Fundo
Honeſto
Inficio
Inſtruo
Lacero
Leuo
Spargo
Sterno
Sagino
Tego
Ammoueo
Aerto
Auerto
Abſtineo
Dediſco
Deterro
Exigo
Extruo
Haurio
Impetro
Prohibeo
Quaro
Remoueo
Relego
Reuoco
Retraho
Sumo
Tempero

Digitized by Google

Tot ſunt verba paſſiua, quot actiua.

NOta quod Verbum paſſiuum ſimplex eſt illud, quod deſinit in or, & deſcendit ab actiuo per aſſumptionem, amo, aſſumptor, fit amor, vult ante ſe nominatiuum patientem, & poſt ſe ablatiuum agentem cum à, uel ab, vt Deus amatur à me.

Verba, quæ carent ſupinis, non habent in paſſiuis præt. perf.

Amor amaris amatus ſum per eſſer amato
Legor legeris lectus ſum per eſſer letto
Vocor caris catus ſum per eſſer chiamato

NOta, quod verbum paſſiuum poſſeſſiuum, eſt illud, quod vult ante ſe nominatiuũ patientem & poſt ſe ablatiuum agentem cum à vel ab, & ultrà genitiuum, vel ablatiuum ſine prępoſitione, vt liber emitur à me duobus ducatis, vel pluris.

cum actiua vertuntur in paſſiua accuſ. in nominat. tranſit nomin. in ablat. cum à vel ab cæteri caſus non mutantur.

Emor emeris ptus ſum per eſſer comprato
Vendor deris ditus ſum per eſſer venduto
Æſtimor aris atus ſum per eſſer ſtimato
Caſtigor aris atus ſum per eſſet caſtigato
Nutrior triris tritus ſum per eſſer nudrito

NOta duod Verbum paſſiuum acquiſitiuum eſt illud, quod vult ante ſe nominatiuum patientem, & poſt ſe ablatiuum agentem à cũ vel ab, & vltrà datiuum, vt panis datur à me pauperibus.

Daris vel dare datus ſum
Tribuor bueris butus ſum per eſſer dato
Donor donaris natus ſum per eſſer donato
Promittor teris miſſus ſum per eſſer promeſſo

Quædam verba paſſiua vocatiua dicta dupli. non habent, vt Vocor Dicor Nuncupor Appellor ſic habeor Exiſtimor &c.

NOta, quod Verbum paſſiuum tranſitiuum, eſt illud, quod vult ante ſe nominatiuũ patientem, & poſt ſe ablatiuum agentem cum à vel ab, & vltrà accuſatiuum, vt tu doceris à me gramaticam.

Doceor doceris doctus ſum per eſſer inſegnato
Moneor neris nitus ſum per eſſer ammonito
Flagitor taris tatus ſum per eſſer domandato
Rogor garis gatus ſum per eſſer pregato

NOta, quod Verbum paſſiuum effectiuum eſt illud, quod vult ante ſe nominatiuũ patientẽ & poſt ſe ablatiuũ agentem, cũ a vel ab, & vltrà ablatiuum

tiuum ſine præpoſitione: vt tu ſpoliaris à me veſte.

Spolior	liaris	liatus ſum	per eſſer ſpogliato
Priuor	uaris	uatus ſum	per eſſer priuato
Impleor	eris	pletus ſum	
Imbuor	eris	buitus ſum	per eſſer empito

NOta, quod Verbum paſſiuum ſeparatiuum, eſt illud, quod vult ante ſe nominatiuum patientem, & poſt ſe ablatiuum agentem cum à, vel ab, vltrà ſimiliter alium ablatiuum cum à, vel ab, vt lectio auditur à me à Magiſtro.

Sic dictum ferũt cum nec actiuũ ſit nec paſſiuum.

Audior	diris	ditus ſum	per eſſer vdito
Intelligor	geris	lectus ſum	per eſſer inteſo
Diuidor	deris	uiſus ſum	per eſſer diuiſo
Segregor	garis	gatus ſum	per eſſer ſeparato

De Verbis Neutris.

VErbum Neutrum eſt illud, quod deſinit in o, præterſum cum compoſitis, & memini: & non format paſſiuum in or, & eius ordines ſunt ſeptem, ideſt neutrum ſimilium copulatiuum, neutrum poſſeſſiuum, neutrum acquiſitiuum, neutrum tranſitiuum, neutrum effectiuum, neutrum paſſiuum & neutrum abſolutum.

Appareo Euado Incendo Sedeo Viſo felix miſer, &c.

NOta, quod Verbum neutrum ſimilium copulatiuum eſt illud, quod vult talem caſum poſt ſe qualem habet ante i vtrinq; nominatiuũ, vt ego ſum (bonus.

Mihi eſt nomen Hieronymus, mimo:

Sum	es	fui		
Exiſto	exiſtis	exiſtiti		per eſſere
Sto	ſtas	ſteti	ſtatum	
Maneo	manes	manſi	manſum	per ſtare
Iaceo	iaces	iacui	ſine ſup.	per giacere
Fio	fis	factus ſum		per eſſer fatto

VErba compoſita a Sum, vt adſum, Deſum, Inſum Proſum, Obſum, Preſum, Superſum, et interſum regunt poſt ſe datiuũ, vt adeſt mihi, et deeſt tibi: Abſum verò conſtruitur cum ablatiuo cum à, vel ab, vt abſit à nobis dedecus hoc, & ab illo abſit, cõſtruitur etiam ſum cũ genitiuo, vt hic liber eſt Petri cũ datiuo: vt eſt mihi Pater, cum ablatiuo, vt tu es bona

Is eſt à me fauet mihi vel adiuuat cauſã meam.

indole, & cũ duobus datiuis: vt Sum tibi auxilioq;

Nota quod verbum neutrum poſſeſſiuum eſt illud, quod vult ante ſe nominatiuum agentẽ, & poſt ſe genitiuũ patientẽ, vel ablatiuum ſine prępoſitione, vt ego egeo denariorum, vel denarijs.

Egeo es gui ſine ſupino
Indigeo ges gui ſine ſup. per hauer biſogno
Hæc duo verba genitiuo, & ablatiuo iunguntur.
Careo res rui ritum, vel caſsũ per mãcare
Affluo fluis fluxi fluxum)
Abundo das daui datum) per abundare
Exubero ras raui ratum)
Hæc quatuor verba iunguntur ablatiuo tantum
Satago gis tegi ſine ſupino per eſſer diligente
Genitiuo iungitur, vt Cæſar ſatagit rerum ſuarum, nam pręcipuè cum hoc genitiuo rerũ conſtruitur
Memini niſti nit per ricordarſi, cum genitiuo vel accuſatiuo.
Item memini per far mentione, cum genitiuo, vel ablatiuo cum de, vt memini huius rei, vel de hac re, ideſt mentionem feci, vel facio.

Indigeo, careo, ſatagoque, exubero, conſto:
Affluit, atque egeo, memini, vaco, iungis abundo,
His neutris ſextos genitiuos iungitos ſoles.

Nota quod verbum neutrum acquiſitiuum eſt illud, quod vult ante ſe nominatium agentẽ, & poſt ſe datiuum patientem, vt ego ſeruio tibi.

Seruio uis uiui uitum per ſeruire
Deſeruio uis uiui uitum per ſeruire, & compiacere
Placeo ces cui citum per piacere
Noceo ces cui citum per nuocere
Studeo des dui ſine ſup. per ſtudiare
Obedio dis diui ditum
Pareo res rui ſine ſup. per obedire
Parco cis peperci ſine ſup. per perdonare
Seruio cum noceo deſeruio præſidet adſum,
Obedio, & ſtudeo, fauet, atq; obtempero, paret
Tu

Conſto
Induo
Redundo
Superſedeo
Valeo
Vaco
Si per careo loquendum ſit perſona vel res cui deeſt aliquid pon. in nominat. ſi per deſum in datiuo
Aſſurgo
Adhereo
Aſſiſto
Aſſentio
Benedico
Conſulo
Diſplicio
Detraho
Deſſentio
Faueo
Accumbo
Impendo
Immineo
Ignoſco
Inuiceo
Occurro
Repugno
Reſiſto
Succurro
Taceo

Tu ſemper neutra acquiſita notabis.

NOta quod Verbum neutrum tranſitiuum eſt illud, quod vult ante ſe nominatiuum agentem, & poſt ſe accuſatiuũ patientem, vt ego aro terram, & format paſſiuũ in tertijs perſonis in vtroque numero, vt terra aratur à me, & arbores inſerũtur à te

Aro aras araui aratum per arare
Sarrio ſarris ſarraui tum per ſarchiare
Sero ſeris ſeui ſatum per ſeminare
Inſero ſeris inſerui tum per mettere, & inſerire, ouero ineſtare, vnde ſerta, & inſerta.
Comendo p. c. dis medi ſum per mangiare
Poto tas taui tatum per beuere
Coquo quis coxi coctum per cuocere
Digero geris geſſi ſtum per padire, & ordinare
Dolo las aui atum per dolare
Puto tas taui atũ per penſare, bruſcare, & portare

Qui putat, incidit putat, hic, qui mẽte reuoluit
Potat, arat, comedit, ſic digero, ſemino, pinſo
Tranſitiua vocant, queis quarum iungito caſũ.

SVnt quædam Verba huius ordinis, quę in primis, & in ſecundis perſonis non ſunt in vſu, in tertijs vero ſũnt in frequẽti, & his ſubauditur Deus, vt iuppiter pluit magnos imbres, ſed Poetæ aliquando aliter ſunt locut. Virg. 4. Georg. Nec de concuſſa tantum pluit illicè glandis. Inuenitur tamen, & glandes, & ſaxa pluunt, & apud hiſtoricos pluiſſe lapidibus ſanguine, & carne inuentum eſt.

Pluit ebat pluit per piouere
Ningit ningebat ninxit per neuigare
Tonat nabat tonuit per tonare
Coruſcat bat ſcauit per riſplendere

SVpradicta Verba in proprio ſenſu raro cũ accuſatiuo inuenies, ſed abſolutè tantũ, vt pluit ningit, tonat, & coruſcat, dicitur tamen Cœlum tonat.

Serenat bat nauit per far ſereno
Fulminat bat nauit per fulminare
Grandinat bat nauit per tempeſtare

Ceto
Condio
Fodio
Glomero
Incido
Meteo
Melo
Nolo
Neo
Planto
Rigo
Sarcio
Scindo
Scalpo
Semino
Seco
Sitio
Suo
Torreo
Iundo
Tero
Ventillo
Verreo
Vindemiõ

Hæc verb. vocat Priſc. excep.

Actiones
Depluit
Fulgurat
Lapidat
Rorat

Digitized by Google

Dicimus Iuppiter ſerenat aerem, fulminat arbores, & grandinat vineas.

Aeſtuo Hæcq; ſequũtur abſoluta ſunt forme augumẽtatiuę
Algeo Dii cedit bat caret præt. & ſup. per farſi di- (ro
Calceo Luceſcit bat caret pręt. et ſup. per venir giorno chia
Caleo Aduesperaſcit bat caret pręt. et ſup. per farſi ſera
Candeo Noctescit bat caret præt. et ſup. per farſi notte.

Doleo NOta, quod verbum neutrum effectiuũ eſt illud,
Exulto quod vult ante ſe nominatiuum patientem, et
Ferueo poſt ſe ablatiuum agentem ſine præpoſitione, vel
Fleo accuſatiuum cum præpoſitione ob, aut propter, vt
Floreo ego gaudeo pace, vel ob, aut propter pacem. Cice-
Frigeo ro tamen dixit, illud doleo, et tuum caſum mæreo.
Fulgeo Gaudeo gaudes gauiſus ſum per allegrarſi
Geſtio Pingueo gues gui per ingraſſarſi
Herreo Macreo cres crui per diuenir magro
Madeo Vireo res rui per verdeggiare
Mano Areo ares rui per ſeccarſi
Palleo Ardeo des arſi arſum per ardere
Rubeo Albeo albes albui per biancheggiare
Sulpeo Nigreo nigres nigrui per farſi nero
Tumeo Mœreo res caret præt. & ſup. per attriſtarſi.
Gaudet, et exultat, iubilat, cum pinguo, macro,
Veneo con- Areo, cum vigeo, dolo, madeo, quoque fido
ſtui poteſt Effectiua ſcies, hæc ſemper neutra vocari.

vt vendor NOta, quod verbum neutrum paſſiuum eſt illud, quod vult ante ſe nominatiuum patientem, et poſt ſe ablatiuum agentem cum à, vel ab, vt
Exulo non liber venit à me plurimi.
habẽt abl. Vapulo las laui latum per eſſer battuto
perſ. agen. Veneo nis niui, vel nijtum per eſſer venduto
Exulo las laui latum per eſſer bandito,
Liceo abs et dicitur de loco, vt exulat Roma, vel à patria, et in
ponitur ca. loco, vt exulat Romæ, vel Neapoli .i. ibi exul eſt.
ſus tamen Liceo lices licui per eſſer apprezzato
precium ſi- Nubo nubis nupſi nuptum per maritarſi
gnif. reci- quod ad fœminas pertinet, et iũgitur datiuo, vt He-
pit. lena nupſit Menelao, et aliquãdo cũ ablatiuo me-
diante

diante præpoſitione cũ Cic. Mar. Caton. Regis Par-
thorũ filiũ quo cũ eſſet nupta Regis Armenior ſoror

Fio fis factus ſum per eſſer fatto
Vapulo, cum fio, licet exulo, vęneo, nudo,
Neutro ſimul paſſiua notes de iure vocanda.

NOta, quod ſunt quædam verba neutra paſſiua, quæ in præt. perfectis, et in his, quæ formãtur ab eis retinent litteraturam paſſiuorum in cæteris verò neutrorum ſuntq; diuerſorum ordinum.

Gaudeo es uiſus ſum per allegrarſi, neutrum effectiuum.
Fio fis factus ſum per eſſer fatto, neutrum paſſiuum.
Soleo les ſolitus ſum per ſoluere: iungitur infinito, vt ſoleo legere.

Soleo caret fut. indic. ger. & partic. præſ. et fuit nã ſolens abſolũtat inſolẽs eius comp. eſt in vſu.

Audeo audes auſus ſum per hauer ardire. iungitur infinito: vt audes dicere: vel accuſatiuo, vt auſus eſt magnum facinus .ſ. per petrare.
Fido fidis fiius ſum per fidarſi, iungitur datiuo, vt fido tibi, et ablatiuo, vt tua humanitate fiſus Gaudeo, cum fio ſoleo, ſimul audeo fido.

Confido
Diffido
Subdiffido.

Quinque puer numero neutra paſſiua tibi do.

NOta, quod verbum neutrum abſolutum eſt illud quod vult ante ſe nominatiuum agentẽ, et poſt ſe accuſatiuum, vel ablatiuum cum præpoſitione; quando ſignificat motum ad locum, vult accuſatiuum cum ad, vel in motum per locum, accuſatiuum cum per; motum de loco ablatiuum cum à, e, ex, de, et ab ſtatum in loco ablatiuum cum in, vt vado ad ſcolam. Tu manes in ædibus.

De aduerbialiter poſitis infra dicetur.

Vado	vadis	vaſi	vaſum	
Eo	is	iui	itum	per andare
Deambulo	las	laui	latum	per paſſeggiare
Sto	ſtas	ſteti	ſtatum	
Maneo	nes	manſi	manſum	per ſtare

Qui manet, expectat, tum qui manet, ille moratur.
Quadrupedo das aui tum per andare in quattro

Aduerto
Abeo
Accedo
Cado
Ceno
Corro
Dicto
Exeo
Emergo
Euado
Fluo
Introeo
Iaceo
Ludo
Migro
Manigo
perpeto

Hio

Hio hias hiaui hiatum

Quieſco Obſcito ſcitas taui tatum per iſbadichiare

Regno Tuſſio tuſſis iui tuſſitum per toſſere

Sudeo Viuo viuis vixi ctum per viuere

Surgo Vigilo las laui latum per vegghiare

Tranſeo Venio venis veni ventum per venire

Volo. Dormio is iui itum per dormire

Succeſſo ſas ſaui ſatum per trottare

Diſcedo dis ſſi ſum per partire

Redeo à Redeo dis iui itum

villa, & in Remeo meas aui atum per ritornare

villam.

Tendit, & incidit, pergo, venit, ambulo, cado,
Sto, maneo, reſideo, redeo, cum tuſſio, viuo,
Quadrupedo, remeo ſucceſſat, & oſcito, creſco
Iungis, his vigilo, cum dormio verba ſoluta.

De Verbis communibus.

Frequētius in actiua ſignificat vſurpatur.

NOta quod Verbum Commune eſt illud, quod deſinit in or, & nō formatur à verbo deſinente in o, & duplicem habent ſignificationem .ſ. actiuam & paſſiuam, quando habet actiuā vult ante ſe nominatiuum agentem, & poſt ſe accuſatiuum patientē, vt ego largior tibi librum; quādo habet paſſiuā, vult ante ſe nominatiuum patientem, & poſt ſe ablatiuū agentem cum à, vel ab, vt liber largitur à me tibi.

Adhortor
Cohertor
Dehertor
Elargior
Remoror

Largior giris gitus ſum per donare, & eſſer donato.

Experior riris pertus ſum per eſperimentare, & eſſere eſperimentato.

Hortor te ab hac re, & de hac re alias hab. clauſula.

Veneror raris ratus ſum per honorare, & eſſer honorato.

Moror aris ratus ſum per ritardare, & eſſer ritardato.

Oſculor laris latus ſum per baciare, & eſſer baciato.

Hortor taris tatus ſum per confortare, & eſſer confortato.

Criminor aris atus ſum per incolpare, & eſſer incolpato.

Ample-

Amplector ěteris xus ſum per abbracciare, & eſſere abbracciato.

Interpretor aris atus ſum per eſponere, & eſſer eſpoſto.

Hoſpitor taris tatus ſum per albergare, & eſſer albergato.

Complect. te amore idest amorē animo idest vnluo

Largior, experior, veneror, moror, oſculor, hortor
Criminor, amplector tibi ſunt communia lector,
Si bene connumeres interpretor, hoſpitor addes.

De Verbis Deponentibus.

Nota quod verbum deponens poſſeſſiuũ eſt illud; quod deſinit in or, & formatur à verbo deſinente in o, & vult ante ſe nominatiuũ agentem & poſt ſe genitiuum patientem, vel ablatiuum ſine præpoſitione, vt ego vtor pane, & miſereor tui.

Depon. dicitur, quod deponit aliquid de quāt. verbi cõmunis

Vtor teris uſus ſum per vſar coſe vtili honeſte, neceſſarie, & per conſeruare; vt te familiariter vtor.

Veſcor eris ſine præt. & ſup. per vſar cibi, ideſt mangiare.

Fruor eris ctus, vel fruitus ſum per godere

Fungor eris ctus ſum per vſar officio, & dignità Vt officio, vel prætura functus ſum.

Fungor off. precep. ideſt facio, Pratura, ideſt exerceo ſic magiſtratu

Abutor eris ſus sũ per vſar in mala parte, vnde abuſus. Hæc quinq; verba iungũtur cũ ablatiuo tantum

Potior eris, vel potiris potitus ſum per ottenere coſa deſiderata, & conſtruitur cum genitiuo, & ablatiuo, & etiam cum accuſatiuo, ſed raro.

Recordor daris datus ſum per ricordarſi

Obliuiſcor eris oblitus ſum per dimenticarſi

Recordor, reminiſcor, & obliuiſcor, tam genitiuo, quam accuſatiuo iunguntur.

Miſereor reris ſertus ſum per hauer miſericordia genitiuo iungitur.

Defungor defunctus munero quid illud geſſit defunctos vita, qui obijt.

Vtor cum fungor, fruor, & veſcor, potiorque,
Atque obliuiſcor, reminiſcor, & adde recordor;
Deinde, & miſereor genitiuum iungito ſexto.

Nota quod verbum deponens acquiſitiuum eſt, illud, quod vult ante ſe nominatiuum agentẽ & poſt

Aſſentior, Aduerſor

Gratulor
Gratificor
Iraſcor
Innitor
Minor
Moderor
Obſequor
Opitulor
Refragor
Reluctor

& poſt ſe datiuum patientem, vt ego auxilior tibi.

Auxilior liaris atus ſum per aiutare
Patrocinor naris natus ſum per aiutare in lite
Suffragor garis gatus ſum per dar la ballotta, ouero la voce in fauore, vnde ſuffragiū (mulus
Famulor laris latus ſum per ſeruire vnde fa-
Ancillor laris latus ſum per ſeruire, vt ancilla
Dominor naris natus ſum per ſignoreggiare
Blandior diris ditus ſum per accarezzare
Adulor p. p. laris latus ſum per luſingare
Medior deris ſine præt. & ſup per medicare
Æmulor laris latus ſum per ſeguir à concorrēza

Dominor habet etiā accuſ. vel ablat. cum in, &c.

Confiteor teris feſſus ſum per cōfeſſare, & poteſt habere accuſatiuū, vt cōfiteor Deo peccata mea.

Auxilior, famulor, ancillor, blandior atque,
Inſideor, medeor cum polliceor dominatur.
Feneror, aduerſor, poſt hæc tu iunge datiuum.

Adorior
Adipiſcor
Alloquor
Commitor
Conor
Demolor
Dignor
Execror
Metior
Miſeror
Obteſtor
Oppinor
Precor
Profiteor
Suſpicor
Teſtor
Vereor
Veneror
Vlciſcor

NOta, quod Verbum deponens tranſitiuum eſt illud, quod vult ante ſe nominatiuum agentem, & poſt ſe accuſatiuum patientem, vt ego ſequor Chriſtum.

Sequor eris cutus ſum
Imito taris tatus ſum per ſeguire
Proſequor queris cutus ſum per incalzare cioè dar la fuga.
Prædor daris datus ſum per robbare
Solor laris latus ſum
Conſolor p. p. laris latus ſum per conſolare
Vaticinor naris natus ſum per indouinare
Auguror, p. c. raris ratus ſum per indouinare.
Lucror craris tus ſum per guadagnare
Superlucror craris cratus ſum per auanzare
Aggredior deris greſſus ſum per aſſalire

Proſequor, atq; ſequor, meditor, conſolor, opinor,
Auguror, & prędor, lucror, reor, agrediorque,
Sortior, & ſolor, populor; queis addito quartum.

NOta, quod Verbum deponens effectiuum eſt illud, quod vult ante ſe nominatiuū patientē. & poſt

& poſt ſe ablatiuum agentem ſine præpoſitione, vel accuſatiuum cum præpoſitione ob, aut propter, vt ego lætor pace, Vel ob, aut propter pacem.

Lætor taris tatus ſum per rallegrarſi
Delector ctaris ctatus ſum per dilettarſi
Triſtor ſtaris ſtatus ſum per attriſtarſi
Verecũdor daris datus ſum per vergognarſi
Crapulor laris latus ſum per mangiar troppo
Expergiſcor ſceris perrectus ſum per riſuegliarſi

Crapulor, & lætor, delector, glorior adde,
Atque verecundor, cum triſtor, bacchor habebit:
Hæc ſoles ſextos, vel quartos applico propter.

Nota, quod Verbum deponens paſſiuum eſt illud, quod vult ante ſe nominatiuum patientem, & poſt ſe ablatiuum agentem cum à, vel ab, vt ego orior à bono patre.

Orior oreris, vel oriris ortus ſum,
Naſcor ſceris natus ſum per naſcere
Renaſcor ſceris natus ſum per rinaſcere
Potior teris paſſum ſum per ſoſtenere

Et plerumque cum accuſatiuo. Cic. iſta non modo homines, ſed ne pecudes quidem paſſuræ videntur.

Naſcitur, atque oritur patior coniunge renaſcor.
Hæc ablatiuis ſimul à coniugatio, & àſque.

Nota, quod Verbum deponens abſolutum eſt illud, quod vult ante ſe nominatiuum agentem, & poſt ſe accuſatiuum, vel ablatiuum cum præpoſitione; vt ego proficiſcor ad ædem; tu reuerteris ab Vrbe, præter quam in nominibus Vrbium, & alijs aduerbialiter poſitis; vt ego gradior Romam, tu Venetias, ille domum.

Gradior deris greſſus ſum
Proficiſcor ſceris fectus ſum per ãdare, & partire
Regredior deris greſſus ſum per ritornare
Quæror reris queſtus ſum
Conqueror reris queſtus ſum per lamentare
Latinor naris natus ſum per latinarẽ
Ratiocinor naris natus ſum per far conto

Bacchor
Indignor
Meſtor
Oblector
Stomachor

Letor cum ablatiuo cum de
Glorior re in re, de re, & apud aliquem

Ego natus ſum triginta annis, vel annos; ad gloriam egendum.

Altecor.
Congred.
Conuinor
Diuerſor
Dicladior
Egredior
Ingredior
Lecor
Lucror
Labor
Nugor
Philoſophor
Pratior
Peregrinor

Digitized by Google

Argumentor taris tatus ſum per argomentare
Reuertor Labitur, & gaudior, proficiſcor, atque reuertor.
Regrediór Verſificor, nugor, quæritur, coniunge lamentor
Tricor Conqueror, atq; loquor, nec non ratiocinor adde
Hæc nullum caſum poſt deponentia poſcunt.

Nullum verb. imperſ. exigit ante ſe nominat.

De Verbis Imperſonalibus.

VErbum eſt duplex, ſcilicet perſonale, & imperſonale; Perſonale eſt illud, quod variatur per tres perſonas, & duos numeros, & recepit ſuppoſitum per nominatiuum caſum: vt Ioannes amat virtutem. Imperſonale eſt illud quod caret numeris, atque perſonis, & recipit ſuppoſitum per obliquum; vt me tedet, & à te ſeruitur.

Verb. act. & neutra tranſ. non ſiunt imperſon. ſi habet accuſat. poſt ſe, ſed cõuertũtur paſſiuè, vt à te amatur virtus, & ab illo aratur ager.

VErbum Imperſonale eſt duplex ſcilicet actiuæ vocis, & paſſiuæ vocis; actiuæ vocis eſt illud, quod deſinit in t, vt penitet; paſſiuæ vocis eſt illud, quod deſinit in tur, vt ſeruitur, & vult ante ſe ablatiuum agentem cum à, vel ab, & poſt ſe caſum ſui verbi perſonalis niſi veniat ab actiuis, & à neutris tranſitiuis quia tunc non admittit accuſatiuum patientem: vt à me amatur, ideſt ego amo, & à petro ſeruitur Chriſto, ideſt Petrus ſeruit Chriſto; Plerumq; ſine caſu ponitur, vt itur, ſtatur, & curritur.

VErbum imperſonale paſſiuæ vocis deſcendit à verbis deſinentibus in o, quæ habent ante ſe nominatiuum agentem, & ſunt iſta verbum actiuum, vt ab amo amatur.

Hæc verba habent tantum tertiã perſonam

Neutrum acquiſitiuum: vt ſeruio, ſeruitur,
Neutrum tranſitiuum: vt ab aro, aratur.
Neutrum abſolutum: vt ab eo, itur.

Hæc verba Benefit, Malefit, ſatisfit; volunt ante ſe ablatiuum agentem cum à, vel ab, & poſt ſe datiuum patientem: vt à Deo benefit hominibus, ſunt ſemper imperſonalia, fit etiam reperitur imperſonale, vt ità fit, & fieri ſolet.

Eſt erat ponitur item cum geniti. except. mei tui, &c. pro quibus

INtereſt, & refert per appartenere, & per importare, quãdo habet poſt ſe infinitũ ſunt imperſonalia & volũnt ante ſe genitiuũ, vt Virgilij intereſt legere

Petri

Petri intereſt eſſe bonũ nõ ſunt boni; exceptis,mei, tui,ſui,noſtri,& veſtri loco quorũ ponimus mea,tua ſua,noſtra,& veſtra,vt mea intereſt ſcribere, & cuia intereſt,& cuius,& in plural.quorum.Similiter dicitur Mea ſolus intereſt,& noſtra ſolũ refert.Intereſt. & refert conſtruitur etiam cum his genitiuis magni parui,tanti,quãti : vt Magni intereſt,& parui refert, & cũ multis aduerbijs,vt multũ,plus,nihil,maximè, &c. Si autem nõ habent poſt ſe infinitũ in hac ſignificatione ſunt perſonalia in tertijs perſonis tantũ,& volũt ante ſe nominat. & poſt ſe genitiuũ exceptis mei tui ſui noſtri,& veſtri loco quorũ ponimus mea tua ſua noſtra,& veſtra : vt hoc intereſt noſtra,nam his pronominibus tantũ ponimus, videlicet : Illud, ipſum,iſtud,hoc,& id cum relatiuo quod dicitur tamẽ : Nihil tua intereſt,& ſermo tuus intereſt noſtra

Ponimus meam tuã &c.

Dicimus meum qui ſum preceptor,& veſtra qui eſtis diſcipuli, vel veſtra diſcipuli in vocatiue.

PErtinet, ſpectat,& attinet,quando habet poſt ſe infinitũ ſunt imperſonalia,& volũt ãte ſe accuſatiuum cũ præpoſitione ad: vt ad me pertinet legere ſi autẽ non habent poſt ſe infinitũ sũt perſonalia, & volunt ante ſe nominatiuũ, & poſt ſe accuſatiuũ cũ præpoſitione ad, vt ſtudiũ pertinet ad iuuenem.

hoc non pertinet ad te ideſt non ſpectat ſignif. etiã pertinere ?

HÆc verba liquet(quod caret præterito) Licet, Libet,Placet,Accidit,Contigit,Cõuenit,Expedit,Euenit,Suppetit,vocat,& reſtat quando habent poſt ſe infinitum,ſunt imperſonalia,& volũt ante ſe datiuũ,vt militi placet pugnare.Si autẽ non habent poſt ſe infinitum ſunt perſonalia, & neutra acquiſitiua ſunt,& volunt ante ſe nominatiuũ agentem,& poſt ſe datiuũ patientẽ,vt virtus placet bonis:Libet tamẽ accidit,& licet ĩ hac ſignificatione præterquã in tertijs perſonis in vtroque numero non inuenies.

Conducit
Conſtat
Diſplicet
Excidit
Obeſt
Præſtat
Prodeſt
Satis eſt
Succurro
Sufficior

HÆc verba : Decet , Dedecet , Iuuat , Delectat, Oportet,quãdo habẽt poſt ſe infinitũ ſunt imperſonalia , & volunt ante ſe accuſatiuũ : vt bonos decet benè viuere.Si autem non habent poſt ſe infinitum,ſunt perſonalia,& neutra trãſitiua,& volunt ante ſe nominatiuum agentẽ , & poſt ſe accuſatiuũ patien-

Fallit
Fugit
Latet
Preterit.

Notet pueri- rum quem pænitet in accuſ. cuius penitet in genitiuo pons.

patientem, vt bona verba delectãt me. Decet, Dedecet, Delectat, & Oportet perſonalia prꝙterquam in tertijs perſonis vtriuſque numeri in vſu nõ ſunt.

HÆc verba pænitet, Tedet, Miſeret, Piget, & Pudet ſemper ſunt impeſonalia, & volunt ante ſe accuſatiuum patientem, & poſt ſe genitiuum agentem, uel infinitũ, ut me penitet laboris uel peccaſſe. Pudet inuenitur cum nominatiuo ſingulari, & plurali, Miſeret infinito non iungitur.

Dicuntur famul prat Volo quod nunquam amittit rectum,

Pœnitet, & teder, miſeret, piget, ac pudet iſta:
Accuſatiuos coniungimus, & genitiuis.

HÆc verba incipit Deſit. Debet, Solet, poteſt, & vult iuncta cum infinitis imperſonalium ſũt im perſonalia, & volunt ante ſe, & poſt ſe illos caſus, quos illa infinita, vt bonos viros ſolet tedere vitiorum, ſi autem iungantur cum infinitis perſon alium ſunt perſonalia, & volunt illos caſus, quos illa infinita vt virtus debet placere hominibus Volo tamen ſemper eſt perſonale.

Infinit. eſt à verbo perſon. velim perſonalis

De Infinitis.

INfinita dicũtur, quia nõ habent certos, ac determinatos numeros, nec perſonas. Infinita verborũ perſonalium volunt ante ſe accuſatiuum eius naturæ, cuius eſt ſuppoſitum ſui verbi infiniti, & poſt ſe caſus eiuſdem, vt Pater gaudet filium incũbere ſtudijs bonarum artiũ: intelligo te doceri multa à tuo Præceptore, qui cupit diſcipulũ frui felicitate, infinitum verbi ſimilium, copulatiui vult ſimles caſus, vt miror te eſſe deformem. Letor te euadere peritũ Tu affectus videri ſapiẽs hæc optauit viuire pauper & hic cupit eſſe tuus. Verba famulãtia perſonaliter ſumpta cũ huiuſmodi infinitis vtrinq; regũt nominatiuũ, vt tu incipis eſſe prudẽs, hic deſinit apparere triſtis, & nos iã poſſumus viuere lęti. Ponitur etiã ĩfinitũ pro præterito imperfecto ſui verbi indicatiui & conſtruitur cũ nominatiuo, tã ſingulari, quã plurali, vt inuẽtus arma capere, ideſt capiebãt, & ones mihi inuidere, & mordere pro inuidebãt & mordebãt, Infinita verborũ Imperſonaliũ vocis tã actiuę,

Verbi monendi rog. ſuad. exigũt. potius ſub quam infinito :

Si verbum fut. careat vtimur hac circultione fere vt vel futurum,

quam

Digitized by Google

quam paſſiuę ſeruant conſtructionem ſuorum verborum, vt credo tua, vel Petri inter eſſe ſequi Chriſtum. Gaudemus tibi placuiſſe ſtudere ſacris litteris & cognoſco te tui peccati pœnitere. Volo à te amari, & à me incipit legi.

Hit rei qua agitur act. & qua patitur in paſ. dando eſt accuſ.

De Aduerbijs interogatiuis localibus.

INterogatiua aduerbia localia sũt ſex .ſ. Vbi, Quo, Vnde, Qua, Quorſum, & Quouſq; Vbi ſignificat in loco, vt Vbi habitas, & ponitur relatiuè, vt fui vbi tũ Et infinitè, vt vbi eris te inueniã? Quo ad locum, vt Quo vadis? Vnde de loco, vt Vnde venis? Qua per locum, vt Qua tranſis? Quorſum verſus locum, vt Quorſum tendis? Quouſq; vſque ad locũ, vt quouſq; ibis, vel vſque ad tempus. Quouſque ſtudebis.

Omne aduerb. loc. vel ſtat ſignif. vel motum.

HÆc aduerbia ſignificant in loco. Hic, iſtic, illic, intus, foris, ibi, vbi, vſquam, & nuſquam, & cõpoſita ab vbi, & ibi, vt alibi, nullibi, ibidem, alicubi, ſicubi, necubi, vbique, vbiuis, vbilibet, & vbicũque.

Expoſitio Hic in hoc loco.

HÆc aduerbia ſignificant ad locum. Huc, iſtuc, illuc, intrò, foras, alio, aliquo, & alia compoſita à quo, vt ſiquo, nequo, quouis, quocumque, quolibet, illo, eo, & eodem.

Huc, ad hunc locũ.

HÆc aduerbia ſignificãt de loco: Hinc, iſtinc, illinc, intus, foris, ſupernè, & infernè, Celitus, fũditus, indè, aliũdè, alicũdè, & alia cõpoſita ab vndè; vt ſicundè, necundè, vndecumq; vndelibet, vndeuis.

Hinc, ex hoc loco.

HÆc aduerbia ſignificant per locum: Hac, iſtac, illac, alia, aliqua, vtraquè, illa, ea, & eadem, & compoſita à qua, vt ſiqua, nequa, quacumque, quauis, & qualibet.

Hac, per hunc locũ.

HÆc aduerbia ſignificant verſus locum: Horsũ, iſtorsũ, illorsũ, ſursùm, deorsùm, dextrorsũ, ſiniſtrorsũ, retrorsùm, ſeorsùm, aliorsũ, aliquorſum, & cæteris cõpoſita quorsùm, vt ſi quorsùm, nequorsũ:

Horſum vers hunc locum.

HÆc aduerbia ſignificant vſque ad locũ, vel vſq; ad tẽpus: Hactenus hucuſq; iſtucuſquè, illucuſque, eouſque, quouſque, & quonamuſq; Aduerbia, quæ geminantur, & quæ aſſumunt; Cumq; exigunt

Huouſque, vſque ad hunc locũ.

duo

Compoſita ex duobus rectis ponuntur cũ præpoſ. ſic etiã ſimpl. adiunct. adiectiuũ.

duo verba, vt eo quoque veneris, vt vbicumq; fueris, veniam.

Duos motus idem verbũ ſæpe denotat, vt Macerata diſcedam Anconam.

NOmina Oppidorum, Vrbium, & aliorum locorum propria primæ, vel ſecundæ declinationis aduerbialiter poſita in genitiuo ſignificãt in loco, vt Iacobus eſt Veronæ. Si ſunt tertiæ vel tantum pluraliter declinata ponuntur in ablatiuo ſine præpoſitione; vt fui Carthagine, ſtudui Venetijs. In accuſatiuo ad locum, vt vado Romam, Patauium, Cartaginem Piſas. In ablatiuo de loco; vt venio Roma, Patauio, Cartagine, Piſis. Similiter per locum, vt tranſiui Roma. Patauio, Cartagine, Piſis. verſus locum in accuſatiuo cũ verſus poſtpoſita, & inclinata, vt vado Romam verſus. In accuſatiuo vſque ad locum cum vſque, vt vado Romam vſque. Cum his nominibus, quandoq; præpoſitiones inueniuntur, ſed raro vt ad Meſſanam venerat, & ab Athenis profectus fui.

De ecclis a ædibuſ. ornatè, dicimus. Ego ad D. Frãciſci, id eſt Templum Hab. præp. in plur. & adiuncto adiect. in ſig. ſicut in poſſeſſione

NOmina Prouinciarum, & nomina appellatiua ſimiliter nomina fluuiorum templorũ, & aliarum rerum in ablatiuo ſignificant in loco cum in, vt Ego verſor in foro. Tu es in Italia. In accuſatiuo ad locum cum ad, vel in. Vt ad Vrbem vel in vrbem equito. In ablatiuo de loco cum de vel à, vel ab, vel e vel ex, vt ex agro, vel ab agro redeo. In accuſatiuo ſignificant per locum cum per, vt per viam curſito. In accuſatiuo verſus locum cum verſus, verſus prætorium vado. In accuſatiuo vſque locum cum vſque, & ad, vel in, vt vſque ad templum, vel vſque in templum vado. Nomina propria virorũ ſimiliter admittunt præpoſitiones, vt iui ad Antonium cũ Franciſco cenaui, & à Cæſere diſceſſi,

Ruri ſum vel rure.

ISta quatuor nomina, Domus Humus, Rus & Militia quamuis appellatiua ſint; ſæpe tamen, vt propria ponuntur, vt Domi tuæ ſum, & Rus ibo, nam dicimus domi manet, Domum vadit, domo venit, Humi iacet, & humo ſurgit, Ruri manet, vt vadis, & rure venit, ſed in loco tantum dicitur, Militiæ fui inuenitur etiam belli in loco.

De

De Gerundijs.

G. habet omnem caſus pra. voc.

GErundiũ in di, tam adiectiuis, quæ regunt Genitiuum quã ſubſtantiuis nominibus adiungitur, & poteſt regere caſum ſui verbi, vt ſi dicas, eſt tempus legendi ſacras litteras cognoui te cupidum diſcedi chriſtianam veritatem, & conſilio augendi fidem hũc veniſti, nam & ſine caſu ponitur, vt cauſa diſcendi librum emiſti præſertim quãdo Paſſiuè ponitur, vt Gratia videdi venit mulier ideſt, vt videatur. De Gerundijs alia eſt ratio: dicimus etiam per gerundium. Amandæ virtutis cauſa. Sic Cicero Tempus omnium ſeruandorum, & Teren. Dare copiam creſcendi nouarum.

Ger. mutatur in gerundiuum quando habet poſt ſe accuſ. pat. idq; vis eat more adiectiuorum.

GErundium in do abſolutè ponitur, vt cantando tu illum, ſcilicet viciſti, quandoque paſſiuè capitur, vt cantando rumpitur anguis ideſt dum cantatur, nec in paſſiuis tantum, ſed in deponentibus, vt Medendo ægreſcit: ponitur etiam cum præpoſitionibus, de, e, ex, ab, cum, in, vt de apte dicendo A ſcribendo vacas, & in opere faciundo. De loco non gerundio, ſed nomine vtimur, nam dicimus redeo à pugna, non à pugnando.

Nom. ad hæres vter ſub:

Dat. verb. acquiſ. fere more adie. ctiuorum.

GErundium in dum, abſolutè ponitur, vt legendum eſt, Eundum eſt. Ponitur etiam cum prępoſitionibus inter, & ad, vt inter cœnandum, & ad petendum pacem, nam ad petendam pacem gerundium eſt quemadmodum in legendis libris, & cum verbo ſubſtantiuo neceſſitatem ſignificat, vt legendum eſt, ideſt opus eſt legere.

Accuſ. non tantũ ver. motum ad locum ſig. ſed alÿs, ac etiam quibuſdam adiectiu.

De Supinis.

SVpinum in um cũ verbis motum ad locum ſignificantibus ſine præpoſitione ponitur regitq; caſũ ſui verbi, vt Eo auditum orationem. Supinum in u adiungitur adiectiuis, & paſſiuè capitur, vt In mitabile viſu, incredibile dictu .ſ. vt videatur, & dicatur.

Hac verba do mãdo lo co curro cõ duco, &c. Cum hoc caſu iũcta prapoſ. reſpuunt.

De Participijs.

PArticipium eſt pars orationis declinabilis, quæ pro verbo ponitur, Genus, & caſum habes ad ſimilitu-

quatuor conſideranda in participio. Deriuatio Formatio Tempus Significatio. Reſoluitur per relatiuum, & verbũ eiuſdem temporis, & alijs modis.

militudinem nominis Tempora, & ſignificationes ad ſimilitudinẽ verbi Neutrum, & Figuram ad ſimilitudinem vtriuſq; Participium ante ſe nullum caſũ poſtulat, ſed ſubſtantiuo præcedẽti adhæret, & poſt ſe caſum ſui verbi exigit. Participium in ans, & in ens præſentis, & præteriti imperfecti temporis eſt, vt amans, & legens. In tus, in ſus, & in xus, & vnum in uus præteriti perfecti, & pluſquã perfecti tẽporis eſt, vt amatus, viſus, amplexus, & mortuus. In rus, & in dus futuri temporis eſt, vt amaturus, & amandus. Participium in ans, vel in ens formatur à prima perſona præteriti imperfecti indicatiui modi, vt amabã bam in ans, fit amans, ſequebar, bar in ens, fit ſequẽs, eo is mutat bam in ens, facit iens euntis, & queo quis quibam facit quiens queuntis. In rus formatur ab vltimo ſupino, vt amatum amatu, addita rus, fit amaturus, orior facit tamen oriturus, in tus, in ſus, & xus formatur ab vltimo ſupino, vt lectum lectu, addita s, fit lectus, viſum viſu, addita s, fit viſus. Amplexum amplexu, addita s, fit amplexus, à morior tamen fit mortuus cum deberet facere moritus; quia ſupinat moritum moritu. In dus formatur à genitiuo ſui præſentis participij, vt amans, amantis › tis in dus, fit amandus.

Sũt quadã verba quos licet hab. ſup. tamen particip. in rus in vſu nõ habent vt cano, iuuo, noſco, aiõ, arguo, imbo, &c.

A Verbo actiuo duo deſcendunt participia, vnũ præſentis, & præteriti imperfecti temporis in ans, vel in ens, vt amans, & legens, alterum futuri in rus, vt amaturus, & lecturus. Præter infraſcripta verba, quæ ſolum participium præſentis temporis habent, cum careant ſupinis.

Ambigo, compeſco, Diſco, Poſcoque, Refello.
Lambo, vel Lingo, Metuo, Timet, Vrgeo, Caluo
Lingo, vel Sugo, Renuo, Fugit, Viſo, Feritqne;
Reſpuo, cum Cerno proprijs caruere ſupinis.
Ango, atque Dipeſco dipeſcis, per diſpartire.

A Verbo paſſiuo, duo deſcendunt participia, vnũ præteriti perfecti, & pluſquam perfecti temporis in tus, in ſus, & in xus, vt amatus, viſus, & nexus

xus. Alterum futuri in dus, vt amandus, videndus, & nectendus. Præter ſupradicta verba, quę habent ſolum principium futuri temporis in dus, vt diſcor diſcendus, poſcor poſcendus, quia carent ſupinis. Inueniuntur quædam participia, quorum verba in vſu non ſunt, vt Decurſus, Regnatus, & laboratus, nam Decurror, Regnor, Laboror non dicitur. Verba quoque neutra tranſitiua cum etiam paſſiua habeãt in tertijs perſonis in tus, & in dus participia habebunt, vt aratus, & arandus.

A Verbo neutro duo deſcẽdunt participia, vnum præſentis, & præteriti imperfecti temporis in ans, vel in ens, vt vapulans, & ſeruiens. Alterum futuri in rus, vt vapulaturus, & ſeruiturus; præter omnia verba deſideratiua, vt lecturio, & meditatiua vt horreſco, quę vt plurimum carẽt ſupinis, & præter volo vis, & verba ſecundę coniugationis, quæ ſi faciunt præteritum in vi, diuiſis ſyllabis raro habẽt ſupinũ; vt caleo cales lui præter iſta contẽta in verſu ſequenti, pla, ta, ne, pa, la, me, ſunt, oli, ua ca, do. Hoc eſt placeo placitum, Taceo tacitum, Noceo nocitum, Pateo paſſum, Lateo latitum, Mereo meritũ, Oleo olitum, Liceo licitum, Valeo valitum, Careo, caritum, Doleo dolitum. Aliqua etiam ſunt neutra, quę habent tria participia, vt cœnans; cœnatus, & cœnaturus. Vnde verſus.

Nubo placet pareo, ſueſco, cum prandeo, iuro.
Et mereo, titubo, cœno. Hoc eſt nubo facit nupta.
Placeo placitus, pateo paſſus, ſueſco ſuetus.
Prandeo pranſus, iuro iuratus, mereo meritus.
Titubo titubatus, cœno cœnatus.

Similiter, & neutro paſſiua habent tria participia, vt gaudens, gauiſus, & gauiſurus.
Vnde verſus.

Gaudeo cum fio, ſoleo, ſimul audeo, fido.

Sed fio notandum eſt, quod habet tantũ factus, & faciendus nam fiens in vſu non eſt, nec fiendus. Facturus à facio, futurus à ſum, ſiue à ſuo verbo antiquo,

A ver-

Il Maeſtro temuto da gli ſcolari gioua, &c.
Reſol. per alt.
Prac. qua timuerunt diſciplin.
Hæc carẽt ſupinis.
Aeſtuo
Congruo
Dego
Egeo
Excello
Ferueo
Geſtio
Horreo
Indigeo
Luceo
Mæreo
Palleo
Fcreo
[illegible]
Rudo
Serpo
Sterto
Strideo
Studeo
Timeo
Remo, &c.

A Verbo cõmuni deſcendunt quatuor participia, in actiua ſignificatione. Duo, vnũ in ans, vel in ens, vt criminãs, & largiens. Alterũ in rus, vt criminaturus, & largiturus. In paſſiua duo vnum in tus, vel in xus; vt criminatus, & amplexus, Alterum in dus, vt criminandus, & amplectendus. Participia verò preteriti temporis in vtraque ſignificatione ſunt, vt Hortatus Paulum, & hortatus à Paulo.

In dus paſſiuè tãtum ſignificat.

A Verbo deponẽti tria deſcendũt participia, vt ſequens, ſecutus, & ſecuturus quandoque participium præteriti tẽporis paſſiuè capitur, vt fido comitatus Achate, non oblita mihi tot carmina & meditata ſunt mihi omnia mea incommoda, preter ea, quæ carent ſupinis.

Paris obliuiſcor, fatuor naſcor tuor reor non habent in vſu partic. in rus licet ab in rus,

Vnum dat veſcor, medeor, liquor, & reminiſcor,
Quinque dabunt nitor, metior, geminãte ſupino,
Faciũt enim nixum, & niſum, menſum, & metitũ,
Quorũ nixũ, & menſũ in frequenti vſu inuenies.

A Verbo deponenti deſcendit etiam participium in dus de vſu præſertim ſi habet perſonam: agentem in ſuppoſito, vt ſequendus, vtendus, & adulandus, quia olim communia fuere.

PArticipium tranſit in nomen quatuor modis cõſtructione, vt doctus iuris, & abbundans lactis, quia non habet caſum ſui verbi cõparatione, quando participium, quod iam in nomine tranſiuerit, comparatiuum format, vt doctus doctior, & amans amantior. Compoſitione, vt inaratus, & indoctus, quia compoſita ſunt cum præpoſitione in, cum qua eorum verba non componuntur, non eum dicitur inaro, nec indoceor. Temporis amiſſione, vt venerandus, ideſt dignus venerari, vel dignus veneratione, quia reſoluitur non per verbum futuri temporis ideſt, qui venerabitur, ſed per adiectiuum.

Amans patria. Patiens inuenia Fugiens daberis Conſultus iuris Indoctus pilæ.

SI detur thema per participiũ, quod non inueniatur ſit latinũ per relatiuum, & verbum eius temporis, vt la terra ingraſſata dal ſangue Troiano hà prodotto molte biade. Humus, quę pinguit Phrigio ſan-

ſanguine tulit multas ſegetes, ſimiliter ſi non habet vulgare ſui verbi, vt Hermolao battendo li cattiui ſcolari, fa l'vffitio di buon precettore. Hermolaus à quo mali diſcipuli vapulant fungitur officio boni Preceptoris. Et etiam relatiuum non cadit in nominatiuum; vt la Grammatica inſegnata da me à tè, ti ſara ornamento. Grammatica, quam tu doctus fuiſti à me tibi erit ornamento.

Sic etiam per partici piũ in dus, vt Gram. quam docendus es, &c.

SI verò ponatur in cõſequentia, & quod inueniatur participium ponitur in ablatiuo, vt Legendo il Maeſtro, gli Scolari odono; Legente Preceptore, Diſcipuli audiunt. Venendo la Primauera, gl'vccelli cantano. Veniente vere, aues cantant. Dicitur etiam per nomen ſubſtantiuum, vt Imperatore Auguſto, ideſt Auguſto Imperante, fuit pax in toto Orbe. Si autem non inuenitur, reſoluitur per dum, donec, & poſtquam, venuta la Ceſilla, ò Rondine ſubito è la Primauera. Poſtquam Hirundo venit, ſtatim Ver adeſt.

Caue dum ne idem ſit ablat. abſolutè ponendus cũ nominat. prioris verbi.

De Comparatiuis.

COmparatiuũ nomẽ eſt illud, quod cum poſitiui intellectu, magis aduerbium ſignificat, vt albior, ideſt magis albus, & vlterior, ideſt magis vltra. Cõparatiua fiunt à nominibus adiectiuis, quæ poſſunt augeri & minui, vt albus albior, deter deterior, Superlatiuum deterrimus. A participijs, vt amans amatior. A prępoſitionibus, vt poſt poſterior. Ab aduerbijs, vt pridem prior. Quę veniunt à nominibus ſecundę declinationis formatnur à genitiuo, addita or, vt clarus, clari, clarior prętet habentia vocalem ante us, quę auphonię, cauſa comparatiua non formant, ſed ſupplent per magis, & poſitiuum, vt ſtrenuus à quo deberet fieri ſtrenuior fit magis ſtrenuus idoneus, magis idoneus, & pius, magis pius. Et pater bonus, melior, malus, peior magnus, maior, paruus, minor, multum, plus, magnificus, magnificẽtior, munificus, munificentior, ſiniſter, ſiniſterior, dexter, dexterior. Quę veniũt à tertia declinatione formã-

Poſit. eſt qualit. ipſam, vel quãt. ſimplicis abſoluteq; ſignificat, vel eſt id omne vnde comparformatur, & ſuperlatiuo. Comp. vel tollit rem, vel dep. & deſinit in or habetq; us in neut. gen. vt maius minus.

tur à

Compar noſcitur hac particula Piu iuncta nom. adie. vt piu docto doctior.

tur à dattiuo addita or, vt fortis fortior: iuuenis iuuenior, pro quo ĩfrequẽti vſu eſt iunior: Ocior à poſitiuo græco deſcẽdit, & facit ociſſimus Quę ueniuut à præpoſitionibus deſinũt in erior, vt poſt poſterior vltra vlterior, propè tamẽ proprior facit. Ab aduerbijs ſunt comparatiua, vt pridem prior: Superlatiuũ primus: penitus penitior penitiſſimus. Cõparatiuũ conſtruitur cum ablatiuo ſine qua, vel nominatiuo, aut alijs caſibus cum quam, vt Cæſar fuit clarior Põpeio, vel quàm Pompeius ſupple fuit, & neminem vidi ſapientiorem. Ioanne, vel quã Ioannem, & ſubintelligitur vidi, ſic, Nemini ſeruio gratiori te, vel quã tibi ſupple ſeruio. Ponitur etiã quam in cõparatiuis hoc modo, vt ſi dicas plus amo virtutẽ, quam diuitias, & eges magis conſilij, quam pecunię. Præter relatiua, & negatiua, quę cum quam nõ ponuntur, vt Cicero: quo nemo eſt eloquentior, cauſam tuetur, &c. Nullo milite es inferior. Requirit etiã ablatiuum ſignificantem exceſſum: vr ſum longior te vno digito. Et omnes caſus, quos habet ſuum poſitiuũ, vt ſum ſtudioſior virtutis Franciſco, & tu es aptior me labori: A cõparatiuis neutralibus fiunt diminutiua additione, vt maius maiuſculus, grandius grandiuſculus, quę, & comparatiuorum tenent conſtructionẽ, vt Thais eſt maiuſcula me, vel quam ego ideſt paulo maior. Abuſio fit in cõparatiuo tribus modis Cõſtructione, Significatione, & Formatione: Conſtructione quando non conſtruitur more cõparatiui, vt maior iuuenũ, & dicitur de duobus tãtum, vt Manuum dextera eſt melior. Significatione quando comparatiuum tantum ſignificat, quantum poſitiuũ, vt ſenior maſculini generis, pro ſenex, & facio te certiorẽ, ideſt reddo te certum. Aut minus ſignificat: vt triſtior, ideſt quaſi triſtis. Aut contrarium, vt Mare Ponticum eſt dulcius, quàm cætera maria, ideſt minus amarum Formatione, quãdo irregulariter formatur, vt malus peior, vel ſubſtãtiua comparantur; Vt Neronior, ideſt crudelior, vel pronomina,

Caſus cum que debet congruere cum verb. à quo regitur compar.

Si intriduo adiect. fiet cõparatio dicitur es fortior quã quam doctor magis, fortis quã doctus fortior, quam doctus.

Sic inter duo verba trãsfertur ro ſecundũ verb. ad ſub. vt tu magis dormis quam ſtudeas

vt

vt ipſe ipſior, ideſt ſimilior. Fit etiam mala comparatio inter diuerſas qualitates, vt nix eſt albior Coruo più, & meno quando ſignificat pondus, vel menſurã fit per plus, & minus, & ſubſtantiua in genitiuo. Ponuntur, vt habeo plus olei te, & minus farinæ mercatoribus. Quando ſignificat numerum, fit per plures, & pauciores, vt ego lego plures libros te. Ad bonam comparationẽ quatuor requirũtur. Res cõparata. Res cui comparatur. Qualitas, & quod qualitas cõmunicet cũ vtroq; vt virtus eſt melior auro. Cõparatio fit ad vnum ſui generis, vt Cęſar fuit fortior Pompeio. Ad vnum alterius generis, vt Herba molior ſomno. Ad plures alterius generis, vt Nerine cãdidior Cygnis. Ad plures ſui generis, vt Hector fuit fortior Troianis ſic Ouid. Tãto virginibus præſtantior omnibus Herſe ibat, quod etiam per ſuperlatiuum dicitur. vt Hector fuit fortiſſimus Troianorũm, & Herſe præſtantiſſima omnium virginum.

Abuſiua comp. eſt. cũ res non cõueniunt in ea qua, aut gener. in quo fit. comparat.

De Superlatiuis.

Superl. fit per nominib. adiect. quarum ſignificatio augeri poſſit, vel minui.

SVperlatiuum eſt illd, quod ad plures ſui generis comparatum ſuperponitur omnibus, vel per ſe prolatũ habet intellectũ ſui poſitiui cum maximè aduerbio, vt fortiſſimus iuuenum .i. maxime fortis ſuper iuuenes, & fortiſſimus Cæſari. maximè fortis. Superlatiuũ formatur à nomine, vt doctus, doctiſſimus. A participio, vt amans amantiſſimus à præpoſitione, vt vltra vltimus. Ab aduerbio, vt ſepe ſepiſſimus. Quæ veniũt à nominib. ſecundæ declinationis formatur à genitiuo addita s, & ſimus, vt doctus docti doctiſſimus, maturus maturi maturiſſimus Dicitur etiã maturrimus ab antiquo nomine matur, ſic veter (pro quo nũc dicitur vetus) facit veterimus Excipiũtur bonus optimus, malus peſſimus, magnus maximus, paruus minimus, multus plurimus, munificus munificentiſſimus, magnificus magnificentiſſimus, maledicus malidicẽtiſſimus, ſic à potis potiſſimus. Nomina inter tã ſecũdę, quã tertiæ declinationis formant ſuperlatiua à nominatiuo addita rimus

Poſitiuum nomen, & ſuper eodẽ loco ſimul eſſe quam vno.

Cum gradus inter veg. perqu. aut megatus frequẽt. eſt Cic. pro ſuperl.

Superl. duobus modis exponi poteſt affirmatiue, & negatiue.

Ponitur aliquando abſolute, & cum ablat. num e, vel ex aut cum accuſ. cum inter, vt Cic. fuit aloq. Rom. vel ex Romam vel inter Rom.

Fig. ſunt permiſſe quando vel autorit. vel vetuſtas vel

Niger nigerrimus: acer acerrimus: ſatur ſaturrimus celebris etiã facit celeberrimus: excipiuntur dexter dextimus, & ſiniſter ſiniſtimus. Quæ veniunt à terti declinatione formantur à genitiuo addita ſimus, v vtilis vtiliſſimus; ſapiẽs ſapiẽtiſſimus pręter ea qua in limus terminant ſuperlatiuũ, quæ in hac dictione Faghus continẽtur. Da tibi qũinq; limus, quæ ſignat nomina fagus. i. facilis facilimus, agilis agilimus, gracilis gracillimus, humilis humillimus, ſimilis ſimillimus, & compoſita, vt difficilis, & diſſimilis. Senex iuuenis adoleſcens ſuperlatiuis carẽt, & neutro cõpratiui. Similiter carẽt ſuperlatiuis diues memor rudis, & mediocris. A præpoſitionibus in ra, fit ſuperlatiuũ in imus, vt vltra vltimus citra citrimus infrà inſimus, intra intimus, tamẽ ſupra ſupremus facit poſt poſtremus, extra extremus, & extimus: propè proximus, quod pro cognato poſitũ accipit ſignificationẽ poſitiui, & comparatur, vt proximiori. i. propinquor cognatus abſq; ſuperlatiuo. Ab aduerbijs, quod ſuperlatiua formantur, vt nuper nuperrimus, ſæpe ſæpiſſimus, pridẽ primus, penitus penitiſſimus, nouiſſimus, extremũ, & vltimũ ſignificat, vt Da nouẽ nouiſſimus ex i. i. vltimus ſuperlatiuum debet habere poſt ſe genitiuũ plurare cæteritorum nominum, vel ſingularẽ nominis collectiui, vt Cęſar fortiſſimus Romanorum, vel populi Romani. Eſt autem collectiuum nomẽ, quod in ſingulari numero multitudinẽ ſignificat, vt populus gens ciuitas plebs concio turma cohors legio turba vulgus. Superlatiuum poteſt habere omnes caſus, quos habet ſuum poſitiuũ, vt omniũ Romanorũ Cato fuit laudẽ digniſſimus, & mihi quam gratiſſimæ tuæ litteræ fuerunt. Superlatiuum ſuſtantiuo præcedenti, vel ſequenti cõcordat, vt lilium eſt albiſſimũ, vel albiſſimus florum,

De Figuris.

Figura eſt vitium cum ratione factum. Eſt autem duplex figura cõſtructionis, & locutionis. Figurę conſtructionis ſunt octo ſcilicet Prolepſis, Syllepſis, ſiue

ſiue Conceptio, Zeugma, Sintheſis, Antiptoſis, Euacatio, Sinecdoche & Appoſitio.

Cōſuet. vel ratione defendūtur

Prolepſis eſt attributio proprietatis alicui toti in ſuas partes diuiſio, vt Aquilę volant, vna ſurſum, altera deorſum. In prolepſi requirūtur quinque ſcilicet totum partes eius. Determinationes partium Proprietas, & ordo totum eſt Aquila pars vna, & altera: Determinationes partium ſurſum, & deorſū. Proprietas volant, (nam in his figuris) proprietas eſt verbum, vel adiectiuū; Ordo in totū præcedat, cui conuenit proprietas ſequātur partes à quibus ea diſcordant. Duplex eſt prolepſis. Explicita, & implicita. Explicita eſt illa; in qua ſunt omnia requiſita, vt Cerui currunt, vnus tardè, alter velociter. Implicita eſt illa, in qua tacentur aliqua, vt homines inuident alter alteri, ideſt, & alter alter alteri.

Prolep. dicitur à pro i annus, & lepſis accep vel praſūp.

In hac figura dignitas in primis attendenda.

Syllepſis eſt diuerſarum dictionū ſub plurali proprietate cōceptio: vt Rex, & Regina iuſti in Syllepſi requiruntur quinq; Dictio cōcipiens Rex Dictio concepta Regina, culpa, & proprietas iuſti, & quod proprietas ſit numeri pluralis, & concordet in vna parte cū dictione cōcipiente, & diſcordet à cōcepta quatuor modis fiet ſyllepſis in genere, numero, perſona, & caſu. In genere maſculinum genus concipit fæmininum, vt Rex, & Regina iuſti concipit etiam neutrum, vt dominus, & mancipium fortiſſimi fæmininū concipit neutrū: vt legens, & plebiſcita coactæ. Neutrū quandoq; concipit maſculinum, & fæmininum, vt huic bella inteſtina, cædes, & tumultus grata fuere. In numero, numerus pluralis concipit ſingularem, vt milites, & tribunus currunt, in perſona prima concipit ſecundam, vt ego, & tu legimus. Concipit etiam tertiam, vt ego & tu, & Socrates ſcribimus. Secūda concipit tertiam, vt tu, & Socrates curritis. In caſu nominatiuus concipit alium caſum cum hac præpoſitione cū, vt Remo cū fratre Quirinus iura dabant .i. ſimul Quirinus, & frater Remus, eſt autem duplex Sillepſis directa, &

Copul. vim habet nonnunquam prep. cum vt hic

Zeug. lat. adiunctio, vel coniunctio, vel iugatio. mel. Indirecta: Directa eſt, quæ fit per ſimiles caſus, vt ego, & tu legimus indirecta quę fit per diſimiles caſus, vt Andreas mecum currimus. Pro ego, & Andreas ſimul currimus. Sic Virgil. Iphitus, & Pelias mecum diuellimur inde, ideſt ego, & Iphitus, & Pelias diuellimur: & hanc tecum genitor cunctis celebrabitis annis, ideſt tu, & genitor celebrabitis hanc ſcilicet ſolemnitatem.

Attēditur in Zeugm. pro quīqui ens, Zeugma eſt vnius proprietais ad diuerſas dictiones facta reductio, ita quod proprietas in omnibus accidentibus viciniori conueniat, vt ego, & tu curris, vel cœli, & terra mouenda eſt, aut Cœli mouendi ſunt, & terra. In Zeugmate requiruntur quinque. Diuerſa ſubiecta copula, proprietas, pluralis, vel ſingularis numeri riductio proprietatis, & quod proprietas cōcordet viciniori Diuerſa ſubiecta. Ego & tu: Copula, & proprietas curris. Reductio proproprietatis, vt ſi dicas ego, & tu curris, ſubintellige etiam curro. Quod proprietas cōcordet viciniori, vt ego, & tu curris. In tribus accidentibus fit Zeugma in genere, numero & perſona. In genere vt Rex, & Regina iuſti numero, vt Milites, & Imperator pugnauit. In perſonam, vt ego, & tu legis. Triplex eſt Zeugma à ſuperiori, à medio, & ab inferiori. A ſuperiori, cum proprietas ſuperponitur: vt curro ego, & tu. A medio cum proprietas interponitur, vt ego curro, & tu. Ab inferiori, cum proprietas poſtponitur, vt ego, & tu curris.

Dicitur a ſyni conat pheſis latine compoſitio, vel intellectio, Synteſis eſt attributio proprietatis vni ſubiecto, vel pluribus copulatis nō gratia vocis, ſed ſignificati, vt Anſer lœta, vel Scipio, & Lelius admirantes. Tria requiruntur in ſynteſis Vnum ſubiectiuo, vel plura copulata: Proprietas. Attributio proprietatis concordans cum ſignificato, & diſcordās cum voce, vt pars in fruſtra ſecant, & ſubiectum eſt pars, proprietas ſecāt, quæ conuenit ſignificato, qui fuere aliqui Troiani, & diſcordat à voce in numero, quod cum nominibus collectiuis, & promiſcuis fieri ſolet

Fit

Fit autem Synteſis in genere,in numero.In genere, vt Præneſte,ſub ipſe intellige Ciuitatem : nam Præneſte eſt generis neutri . In numero , vt turbarunt , nam multi ſunt.In genere,& numero ſimul, vt gens armati , intellige homines.

ANtiptoſis eſt attributio caſus pro caſu ad aliquã proprietatem : vt de aqua nõ eſt in puteo idest aqua:& Vrbem,quam ſtatuo veſtra eſt,ſic Terentius populo,vt placerent,quas feciſſe fabulas.Fit etiam in obliquis,vt it clamor cœlo,pro ad cœlum. Tria requiruntur in antiptoſis : vnũ ſubiectũ,vt Vrbem vna proprietas , vt quam ſtatuo veſtra eſt ; & quod caſus ponatur pro caſu , vt Vrbem pro Vrbs, vnde conſtruere debes, Vrbs, quã ſtatuo,veſtra eſt.

Fit ex ante i. pro, & preſit ideſt caſus.

Deb habere hautor. pro ratione.

EVocatio eſt attributio proprietatis cuidẽ rei demonſtratæ per demonſtratiuum pronomen primæ, vel ſecundæ perſonæ vtriuſque numeri : vt ego Virgilius cano. Tu Cicero oras. Nos Poetæ fabulas canimus , vos Philoſophi naturam admiramini . In euocatione rquirũtur quatuor.Dictio euocans,Ego Dictio euocata tertiæ perſonæ : Virgilius. Abſentia copula, quia non dicimus ego, & Virgilius, ſed ego Virgilius,Proprietas cano . Sic tu Cicero oras,nam proprietas debet eſſe primæ , aut ſecundæ perſonæ.

Eccleſiis grece

Hic Virg. tertia perſona reducitur ad primã , ego verbi n. p. perſona eſt.

Appoſitio eſt immediata coniunctio ſubſtãtiuorum alterũ ad declarationem alterius,vt auxilium , quæ viæ veteris tellure recluit Theſauros , & Caco vir iuſtus in appoſitione requirũtur tria dictio apponẽs.i.determinãs dictio appoſita.i.determinata & proprietas,vt animal homo currit.Fit autẽ appoſitio tribus de cauſis,primo gratia generalitatis reſtringendæ, vt Animal Aſinus currit . Secundo gratia æquiuocationis tollendæ , vt canis ſtella lucet . Tertio cauſa proprietatis attribuendæ, vt Cæſar vir fortis. Et ſemper dictio apponens,& appoſita debet eſſe eiuſdem caſus. Poſſunt tamen eſſe diuerſi generis , & numeri , vt miratur Molem Æneas magalia quondam.

Ephithæto græcè

Eſt immediata quia inter ſubſtant.nulla debet eſſe coniunctio.

Syne-

Hac fig. vt poetarum max. propria ſic in carm. potius quam ſoluta intrat vtendum.

SYnecdoche eſt, cũ proprietas partis attribuitur toti: Æthiops albus dentes, ideſt habens dentes albos, nam reſoluitur per hoc verbũ habeo habes. Tria requiruntur in Synecdoche ſcilicet. Totum proprietas, & pars totum Ætiops. Proprietas albus Pars dentes, quę in ablatiuo ponitur, vt Crine ruber niger ore breuis pede lumine læſus. Fit Sinecdoche per adiectiuum, vt Os humeroſq; Deo ſimilis. Per participium, vt Dido vultu demiſſa profatur, quam nonnulli dicitur eſſe græcam conſtructionem, quia per participium eſt per verbum, vt expleri mentem nequit Dido. Fit Synecdoche etiã quando ponitur numerus ſingularis pro plurali, vt armato milite complent, pro militibus, vel pluralis pro ſingulari, vt populo impoſuimus pro impoſui, & pectora pulſabat pro pectus. Similiter pars pro toto, puppes tuę ſcilicet Naues, vel totum pro parte, vt venerit cum frigidus annus pro hieme; Fontem ferebat, ideſt aquam.

I. habens os, humereſque Deo ſimiles.

De Patronymicis.

Tria conſiderando in Patronym. Deriuatio Terminat Formatio

PAtronymicum eſt illud, quod à proprijs nominibus patrum, vel auorum deriuatur ſecundũ formam græcam, & ſignificat filios, vel nepotes cũ genitiuo primitiui, vt Æacides filius Æaci, & Atlantides, ideſt nepos Atlantis: Abuſiuè tamen deriuatur à nominibus matrum, vt Iliades, ideſt Romulus Ilię filius ſimiliter à regibus, vt Phætontiades i. ſorores Fætontis à nominibus Deorum, pro patronymicis fiunt poſſeſſiua, vt à Saturno Saturnus i. Iupiter Saturni filius. Et ſimiliter à propriis nominibus latinorum, vt Æmilianus, & Octauianus ab Æmilio, & Octauio. Duplex eſt patronimicũ maſculinũ, & fęmininũ eius terminationes ſunt quatuor vna maſculinorum in des. Priamides, tres fæminorum in as, in is, & in ne, vt pelias priamis, & Nerine Maſculinum, ſic formatur, ſi venit à prima declinatione, formatur à genitiuo vltima ſyllaba in breue conuerſas & addita des, Æneas Æneæ, Æneades: Hippote, Hippo-

Patron. inuentum eſt à Poet. ornatus cauſa, & metri neceſſitate.

Hippote Hippotades ſi venit à ſecunda declinatione,& genitiuus habet .i. ſolum additur des:vt Priamus Priami Priamides. Si habet dup. ii. vltimum i mutatur in a, & additur des,vt Mænetius Mænetij Mænetiades. Si verò definit in ei vertitur ei in longũ,& additur des,vt Thæſeus Thæſei Thæſides peleus pelei pelides. Si verò à tertia declinatione formatur à datiuo addita des, vt Hector Hectoris, Hectori Hectorides. Fit abuſio in patronimicis. Additione,vt Atlas Atlantis Atlantides, nam deberet facere Atlantides. Diminutiones vt Scipio Scipiades deberet n. facere Scipionides à nonnullis tamẽ Scipiades dicitur filius Scipij non Scipionis. Patronimica fæminina in as, & in is formãtur à maſculinis remota de, vt Mænetiades,fit Mænetias,& primides, Priamis. Patronimica maſculina n. nomina ĩ eus,vt Peleus Pelides faciũt feminina in eis, vt Peleis Peleidis,patronimica maſculina sũt declinationis primæ,vt Hectorides Hectoridæ. Feminina ſunt tertię, vt Coronis Coronidis pręter pauca in longũ defineñtia primę declinationis gręcę tãtũ declinata,vt à Nereus Nerei Nerine,Adraſtus Adraſti Adraſtine,Acriſion,& Eation faciũt Acriſione,& Eatione,quę hoc modo declinãtur. Nomin. hęc Nerinę huius Nerinę huic Nerinę,hanc Nerinẽ,ò Nerine,ab hac Nerine.

Hi priamides de den, de Pl. de datum,veldũ dis, das di.

De Verbis inchoatiuis.

INchoatiua verba ſunt,quæ in ſo deſinunt,& cum ſignificatione primitiui quandam inceptionem ſignificant,vt viſo, ideſt eo ad videndum faceſſo eo ad faciendum. Nec fiunt ab omnibus verbis, ſed à paucis tertiæ coniugationis ſunt, præteritis carent, & ſupinis. Neutra ſunt,& ſæpenumero pro primitiuis ponuntur.

Inchoat. Meditat. Freq. &c. vocantur à quibuſd. verb. imperf. quia in his appa ret imperfectia qualitate.

De Meditatiuis.

MEditatiua,ſeù augumentatiua ſunt,quę meditationem,& exercitationẽ,ſiue argumentum ſignificant cum primitiuo verbo, & in ſco deſinunt vt pingueſco,ideſt meditor,& exerceo,vt pinguam,

vel ſio pinguis Formatur autem à ſecunda perſona præſentis indicatiui addita co, vt Ferueo, ferues, ferueſco, & plerumque id ſignificant, quod ſua primitiua; Quæ omnia tertiæ coniugationis ſunt, præteritis carent, & ſupinis, ſunt etiam neutra.

Multa ſunt vel preter reg. vel ab alijs freq.

De Frequentatiuis.

Actito
Aduento
Curſito
Defenſo
Defenſito
Dictito
Factito
Iacto
Iactito
Pauito
Scripto
Scriptito
Seſſito
Vendito
Vectito

FRequentatiua ſunt, quæ frequentiā verbi ſignificant, vt moto, ideſt frequenter moueo, & merſo, ideſt frequenter mergo. Frequentatiua formatur ab extremo ſupino mutata u in o, vt curſum, curſu, curſo, dormitū, dormitu, dormito. Si ſunt primę cōiugationis mutant a in i, correptum, vt imperatum, imperatu, imperito, rogatum, rogatu, rogito, volatum, volatu, volito. Si præteritum in gi finitur, formatur à ſecunda perſona præſentis indicatiui modi remotas, & addita to, vt ago, agis, agito, Cogo, cogis, cogito. Hereo fecit Heſirio, Venio, venito. Quæro, quærito, non quæſito. Lego, lectito. Scitor, & ſciſcitor per duplicationem primæ ſyllabæ ſunt deponentia, quamuis ſcio actiuum ſit, vt Virgil. 2. Æneid. Tum verò ardemus ſcitari quærere cauſas. Sequor facit ſector, minor, minitor, & amplector, amplexor. Noſco, quoque noſcito facit, & noto penultima correpta. Omnia frequentatiua primæ coniugationis ſunt.

De Deſideratiuis.

Abligurio
Scaturio
de id non ſunt.

DEſideratiua ſunt, quæ in rio deſinunt, & effectū ſignificant, vt eſurio, ideſt cupio edere, & cœnaturio, ideſt cupio cœnare, & ſunt coniugationis quartæ, præteritis carent, & ſupinis. Eſurio tamen eſuriui facit, & habet eſuriturus, neutra quoque ſunt, & formantur ab extremo ſupino addita rio, vt eſum, eſu, eſurio; cœnatum, cœnatu, cœnaturio.

Cōſcribillo
Nuciſtillo

De Diminutiuis.

DIminutiua ſunt, quę in lo deſinentia, ſignificāt diminutionem, vt ſorbillo, ideſt paulatim ſorbeo, ſcribo, ſcribillo, & ſugo, ſugillo.

De Re-

Relatiuum eſt illud, quod rem ante latam refert iterum. Eſt autem duplex relatiuum ſubſtantiæ, & accidentis, relatiuum ſubſtantiæ eſt illud, quod ille, is, ipſe, idem, ſui, ſuus, alter, alius, reliquus, &c. Relatiuũ accidentis eſt illud, quod refert antecedens adiectiuum, vt qualis, quantus, cuius, cuias, quot, quotus, que quatuor modis ponuntur. Interrogatiue, vt quantus eſt Mons Atlas? Relatiue, vt magnus, vel tantus eſt Atlas quantus Athos Infinite, vt neſcio quantus ſit. Admiratiue, vt Hei mihi qualis erat. Qualis eſt relatiuum ſignificans qualitatem cui reſpondent nomina bonitatem, malitiam, colorem, & omnẽ qualitatem ſignificantia: vt ſapiens, iuſtus, pius, candidus, & ſimilia, vt ſum iuſtus, qualis es tu. Quantus eſt relatiuum ſignificans quantitatẽ, cui reſpondẽt nomina magnitudinem, vel puritatem importantia, vt magnus, paruus, craſſus, breuis, ſubtilis, & ſimilia, vt formica eſt parua, quantus eſt pulex, Cuius cuia cuium eſt relatiuum poſſeſſiuum, cui reſpondent nomina, & pronomina poſſeſſiua, & primitiuorum genitiui, vt meus, tuus, ſuus, noſter, & veſter, Regius, Euandrius, Pompeianus, & Cæſarianus, Ciceronis, Melibei, Clodij, & ſimilia, vt cuium pecus Cuium puerum hic appoſuiſti, veſtri cuius veſtri? Pamphili; Hoc in vſu apud veteres fuit, pro quo non vtimur genitiuo cuius; vt cuius ſeruus cuius ancilla, cuius prædica? cuias eſt relatiuũ gentile, vel patrium, aut ſectæ, cui reſpondent nomina gentilia, vel patriæ, aut ſectarum, vt Venetus, Italus, Stoicus Cuias eſt Petrus, Venetus, Italus, Stoicus, Cuias eſt Paulus. Quot omnis generis, & pluralis numeri eſt relatiuũ ſignificans numerum cui reſpõdent nomina numeralia: vt duo, tres, quatuor, quinque, decem, viginti, mille, & huiuſmodi, vt habet decem aureos quot tu. Accipi autem poteſt

Rel. ſubſt. qui, quæ, quod modo inter antecedentem & conſeq. generis numeri ue diuerſi modo cõuenit cum anteced. modo cum cõſeq.

Rel. accid. qualis &c. cũ ſequen. concordat vbi accid.

Gentile eſt quod gentẽ ſignific. vt Græcus, Italus Patriũ quod patriam in dicat vt Romanus.

 tam

votu, cum quiſq; nullum, aut varum ſig. vt quotu. quiſq; ſapiens eſt.

tam relatiue, infinite, quam interogatiue: relatiue, vt nummos habeo, quo tibi ſunt; infinite. Sic quo nummos habes: interrogatiue, plur. in rud. Quot ſunt ſcilicet totidem, quot tu, & ego ſumus. Quotus quota quotum, eſt relatiuum ſignificans ordinem, cui reſpondent nomina ordinalia, vt primus, ſecundus, tertius, quartus, & ſimilia, vt Quotus eſt Cæſar inter ſedentes? Primus Quota hora veniſti? Quarta ſignificat etiam numerus hoc modo: vt ſcit quota da Lybico littore puppis erat, & pars quota terrarum. Sic pars quota Lernæ ſerpens erit vnus echidnæ; In quibus quota, pro quanta, vel minima exponi poteſt. Loco omnium relatiuorum accidentis vti poſſumus aduerbio ſimilitudinis, vt ſum albus, & magnus vt, vel ſicut tu. Quotuplex quotuplus quotennis, quotennus, & alia quæ nonnulli addiderunt preterimus, cum nuſquam apud doctos legantur, non tollentes propterea, quin, & nomina ſunt ſpecies, aut formas referentia; vt Simplex duplex triplex multiplex. Et quæ pondus, vel menſuram ſub ratione numeri ſignificant: Simplus, duplus, triplus, decuplus, centuplus. Et quæ diuiſiua appellantur, vt ſinguli, bini, terni, quaterni, quini, ſeni, deni, viceni, centeni. Et quæ annos reddunt: vt biennis, triennis, quinquennis, decennis quamquam anniculus, bimus, trimus, quatrimus melius quam vniennis, biennis, triennis, & quatriennis dicatur.

Anniculus d'vn'anno, bim di due trim di tre quadr. di quattro.

Singulis ſuba ad vno ad vno, bini nerna à due à due, & ſic in &

De Nominibus Verbalibus.

NOmen Verbale eſt illud, quod à verbo deriuatur. Verbale nomen maſculinũ deſinens in or quomodo formatur? Ab vltimo ſup. mutatu u, in or vt doctum doctu in or, fit doctor, & declinatur hic Doctor doctoris qui docet. Verbale nomen fœmininum deſinens in trix quomodo formatur? A Verbali maſculino mutato, tor in trix vt venator, tor in trix fit venatrix, & declinatur. Hæc venatrix venatricis, quæ venatur; Verbalia, quæ in ſor deſinunt non

Nõ omniũ quæ à verbo deriuantur dicta ſũt verbalia, vel Latini à latendo.

non faciunt ex ſe fœmininũ; vt ſponſor,& prætor, tonſor, quod facit tonſtrix diminutiuum toſtricula, & tonſtrina, & ab expulſor expultrix Verbalia quę caſum regunt poſt ſe genitiuum, vt perſecutor malorum,& expultrix vitiorũ. Verbalia in us, vt viſus vnde formatur ab vltimo ſupino addita s, vt viſum viſu addita s fit viſus. Verbalia in io, vnde formatur? Ab vltimo ſupino mutata u in o, vt viſum viſu, fit viſio. Verbalia, quæ veniunt á prima coniugatione exeunt in atio, vt veto, tas vetitum, vetatio, præſto præſtas præſtitum, præſtatio, licet dicatur ſonitus, & crepius. Frico, fricas, frictum, fricatio. Sectio tamen crebrius reperitur, quam ſecatio. Lauo, & poto, quia in otum: habent ſupinum formant verbalia lotio, & potio, ſic lotor, & potor. Lotium tamen pro vrina orina breui, & quia inueniuntur etiam lauatum, & potatum, fit lauatio, & potatio lauator potator. Iuuo, iuuas facit iutum, vnde iutor, & adiutor: a iuuatum fit iuuator. Verbalia in men vnde formatur? á ſecunda perſona, vt Doceo doces, documen. Moneo mones, monumen, quæ addita tum, formant alia verbalia, vt documentum, & monumentum. In bilis verbalia, paſſiuam habent ſignificationem, & iunguntur datiuo vt Neo dictu affabilis vlli. Aliquando etiam ſine caſu ponuntur, vt hæc res eſt laudabilis, & Nihil eſt laudabilis virtute quæ viuo, & mortuo eſt ſtabilis, & firma poſſeſſio; ſunt quædam verbalia in ax, vt loquax, & mordax, & alia multa.

In heteroclitis vſus latine loquentiũ diſceſſit ab analogia.

De Heteroclitis.

HEteroclitum nomen eſt illud, quod diuerſis modis declinatur, vt hoc vas, vaſis, hæc vaſa, vaſorum.

Fit autem quatuor modis Vnde verſus,

Et genus, & numerus, ſic declinatio caſus,
Nomen Heteroclitum reddere ſępe ſolet.

Hæc nomina in ſingulari numero ſunt generis maſculini

Ideò in his obſeruãdũ quid vſus & ſcriptorũ authoritas approbauit.

ſculini, in plurali vere neutri; vt hic Sibilus hæc Sibila.

Sibilus, & Cetus, cum Tartara Dyndima Auernus
Supparus, Infernus cum Tenara Balthea iunge.
Eſt locus, atque locus ſic Mœnelaus Iſmarus adde
Singula ſunt Mares pluralia neutra videbis.
Sæpe iocos tamen atque locos pluraliter addis.

Hæc omnia in ſingulari ſunt fœminini generis, in plurali verò neutri, vt hæc carbaſus, hæc carbaſa.

Hac generalius complectitur, qua, vel Anomala ſunt, vel defectiua, vel abundantia.

Carbaſa, Rethorica ſic altilis, atque ſupellex,
Pergamus, & topica ſimul Arbutus intuba iunge,
Eſt Zizania Bucolica, atque Georgica paſcua læta,

Hæc nomina in ſingulari neutra ſunt in plurali maſculina, vt hoc Cœlum, hi Cœli.

Cœlum cum porro filum, argos raſtra capiſtrum.
Et frenum mas eſt pluralis ſingula neutri,
Frena tamen vidi ſic raſtra, & fila leguntur,

Hæc nomina in ſingulari neutri generis ſunt, in plurali fœminini, vt hoc epulum, hæ epulæ.

Eſt epulum, cæpe cum balnea veſpere neutra.
Deliciumque ſimul plurali deliciæque
Singula declines pluralia fœminina dices,

Hæc nomina carent nominatiuis, & vocatiuis ſingularibus.

Iſta viciſque, necis, dapis, precis, & ditionis.
Et frugis, lateris hæc nomina ſunt ſine rectis
Nex tamen inuenies cum viſcere à verberis adde,

Hæc neutra ſunt quæ in plurali carent genitiuis, datiuis, & ablatiuis, vt Thura, ora inuenitur tamen oribus.

Os, as, mel, mare, rus, thus, vina, ac ordea farra
Quæ tibi tres caſus tantum pluralia ſeruant,

Hæc maſculina ſunt, quæ tantum ſingulariter declinantur.

Fumus, cum fimo; ſanguis cum puluere limus,
Aer, ſalpontus ſol mundus, viſcus, & æther.

Maſcula ſunt, quorum raro plurale videbis;

Hæc

Hæc fœmina ſunt ; quæ non niſi ſingulariter declinatur.

Lux ſitis, & tabes, mors, vita, fames quoque labes
Gloria formam ſalus humus, & pax cum lue tellus,
Et proles ſoboles raro pluralia cernes,
Adde ſenectus monſque inuenta inuentus
Mortibus inueniens.

Hæc neutra ſunt, quæ tantum ſingulariter declinantur.

Manna ſolum, lethum, cenù pus, faſque, nefaſque,
Laeque ſalum, virus, ver æuum ſicque neceſſe,
Iungis odor, ſeniumque ſetum queis adde metalla
Aurum, ac argentum ferrum plumbumq; vitrumq;
Et ſtamnum tamen inuenies pluraliter æra.
Nomina quæ negant, ſi ſubſtantiua ferantur,
Cumq; gelu vulgus pelagus baculum, atq; macellum

Hæc maſculina ſunt, quæ tantum pluraliter declinantur.

Primates, proceresq; ſales cani, atque penates.
Sicque fori, manes lemures ſuperique quirites.
Maiores, faſces inferi, ſingula raró. Ac etiam liberi

Hæc fœminina ſunt, quæ tantum pluraliter declinantur.

Induciæ latebræ thermæ, idus, atque Kalendæ,
Manubiæ nonæ feriæ, cum nundinæ nugæ.
Excubiæque facetiæ odes, ſcalæque, mineque,
Exuuiæ phaleræ illæ cebra primitiæ iunges,
Inficiæ, inſidie inferiæ exequiæque notabis
Reliquiæ exquillæ, blanditiæ, quiſquitiæque.
Cum nuptijs delitiæ, atque diuitiæ, ſuppetiæ.
Inuenies latebram, feriamque.
Singula declines nunquam pluralia ſemper;

Hæc neutra ſunt, quæ tantum pluraliter declinantur

Mœnia cum pondo præcordia millia, & exta.
Illa cum caſtris magnalia ſeria tempe.
Et cum carcheſis, mapalia iungimus arma,
Feſtaque diuorum ſponſalia, ſingula raro.

Notan-

Notandum , quod hoc nomen vas in ſingulari numero eſt declinationis tertiæ, in plurali ſecundæ,

Vas vaſis tertiæ, vaſorum vaſa ſecundæ,

Vis in ſingulari habet tres caſus, pluraliter omnes

Vis vim vſque dabit, totum plurale tenebit

Hæc duo nomina in ablatiuo ſolum de vſu reperiuntur, ſcilicet ſponte, & celte.

Tabi vero in genitiuo, & tabo in ablatiuo.

Nomina interrogatiua, vt quis diſtributiua, vt omnes relatiua, vt qui Infinita, vt quisnam Negatiua, vt nullus carent vocatiuis. Vnde verſus.

Quæruntque diſtribuunt, referunt negant quæ.

Infinita quoue caſus caruere vocante.

Nomina arborum ſunt generis fœminini, vt hæc Pirus, hæc prunus. At qui maſculina ſunt, Oleaſter. Dumus. Rubus Neutra ſunt Robur, Suber, Balſamum, Hebenum, & Buxum.

Dicitur tamē Habenus Buxûs fœminini generis, &c

Fructum nomina ſunt generis neutri, vt hoc pirum, hoc pomum. Vnde verſus.

Arboreum fructum dicemus neutra notare.

Hæc tamen ſunt generis fœminini.

Hæc nux, caſtanea, & iuglans, & glans, ficus, oliua,

Auuellana ſimul, cum bacca iungimus vua.

INter Quis, & vter hoc intereſt, quod quis de duobus, & pluribus dicitur vter autem de duobus tātum, vt quis ideſt qual di due, & di più di due, vter qual di due ad quis reſpondetur per nomina de pluribus dicta ſcilicet omnis, quilibet, quicumquæ ideſt ciaſcun di più di due nullus nemo, ideſt niuno di più di due, aliquis, vnus, quidam, quiſquam, ideſt alcuno di più di due, ad vter reſpōdetur per nomina de duobus dicta, vt vterque, vteruis l'vno, & l'altro di due Neuter niuno di due, alter l'vno di due alteruter, ò l'vno, ò l'altro. Predicta nomina genitiuo iunguntur aut ablatiuo cum prepoſitione de, vel e, vel ex, vt veſtrum, vel ex vobis vter eſt ſapiens ſunt etiam aduerbia

Nullus generaliter ac omnia nemo propriè ad homines tantum refertur.

uerbia

uerbia, quæ dicuntur de pluribus, & quæ de duobus tantum. De pluribus vt vbique vbiuis, vbilibet, vbicũque nullibi, alibi, alicubi, vſquam, nuſpiam, & nuſquam de duobus tantum vtrobique, ideſt in ciaſcun luogo di due. Alterubi ideſt in vn luogo di due. Qui cõponitur, cum cumque, vt quicumque. Quis geminatur, vt quiſquis, & ſemper ponitur in ęo caſu in quo relatiuum, vt amo quicũque laborat ideſt omnem hominem, qui laborat quiſquis habet quicquid tenet tãtum modo quoquò; Quis defert a qui quoniam qui dicitur interogatiue, & infinite tantum. Quis habet aliquas compoſitiones quas non habet, qui, & contra. Cum quis nam quæpiam, & ſine qui coniunge putaſq; Dam, vis, cumque, libet, qui, ſine quis retinet. Quis habet quiſnam quiſque quiſpiam, & quis putas. Quis retinet quidã quiuis quicũque, & quilibet.

De Ortographia.

A Separans m vel u abs c q t cętera velut ab,
Amitto, auello, abſcõdo, abſcutit, abſtineoque
Abluit abducens abrumpit abherrat, abundo,
Cum fra gra tum pa mus, in hęc ſub ob variamus
Non ſic aſporto non aufert, aufugioque,
Aſt operis, vel omitto iacet tenet abfuit vſque
R non mutabunt ob, & ab, obruo, & obrumpo
Cor, fra grans le nis py, ra, ſal, tans, ad ſibi mutans
D perit ex ape tit, ſtat in adſum, agnoſco g ſeruat
Conſona bina fugant, adſcendo, aſpergo, nec adito
N fit t, aut r, vt applicat approbo ſcripta notato,
D in c, & in æ, in i, permutat acquiro
L ſi componas aut r con, & in ſibi mutant.
M vel b, vel p in m, connertere querunt.
N g permutant ignoro cognita dicent.
Vocalis iacit n cohibet coidatque coerceet.
Excipies comedo, comitor.
Ci ſus in pa ſi tus cum dis cętera vult di,

Quid Greorthog. nec recte ſcrib. ſcienti nomin. Quin.

Vitiatur adiectione detraher. vel in mutatione.

S muta-

S mutabis in f conſona bina fugatis
Dijudico tamen inuenies coniunge diſertus,
Dauus iunge bat linum maris e ſibi inungit,
Editus euello eijcit euerit ebibit atque
Eleuat enabit emergit, & eripit inde:
Ex alijs fugit f mutabitur f, vt ineffert,
Excubat exonerans exponens extrahit exit,
Etruint exanguis excendit, & expuit expers,
Deus hic le mo re ſ tin i p de ſibi quærit,

CARMINA DIFFERENTIALIA.

Dicitur eſſe Nepos veluti nepa luxurioſus,
Sic natum nati, & poſt natum dice nepotem
Duricies carnis callus callis via ſtricta eſt,
Eſt montis collis caulem dic eſſe virentem.
Caula gregẽ claudit capitis ſub pondere collum eſt.
Eſſe colum dices quæ fœmina fila reducit,
Menſoris radius radios dic eſſe rotatum,
Textoris Radius Radij; de ſole niteſcunt,
Bri liber hic codex, & durus in arbore cortex,
Liber eri Baccus nulloque ligamine natus,
Factus de ſeruo liber libertus habetur
Libertinus erit liberto à patre creatus.

Hic etiam libertus erit.
Obſto cum conſto doctrina ſupinat in atum,
Cætera dant itum præſto formabit vtrumque.
Tundo cum cado pendo cædoque tendo.
Principium geminant hæc omnia præteritorum
Moribus,& verbis Lepor eſt Lepus hic quoq; ſyluis
Annis coniugio ſexu virtute vir eſto.
Coniugis affines veteres dixere Latini.
Agnatos Patris cognatos Matris habebant
Patruus eſt patris, ſed auunculus eſt genitricis,
Hæc Amita eſt patris ſoror eſt matertera matris,
Quos ſoror, & fratres generant dices amitinos
A patruis verò patrueles ſcito creatos.

At

At conſobrinos geminæ genuere ſorores,
Ille ſororius eſt cuicumque ſoror mea nubit:
Ipſe viri frater leuir eſt mulier quoque fratris,
Fratria glos vxor fratris ſoror, atque mariti.
Hic cancer cri, creſcit aquis, celeſteque ſignum
Carceris hoc carcer, morbum potes ipſe vocare,
Pro telis arcus, forniſque vocabitur arcus.
Circulus eſt arcus, dicatur iridi arcus,
Ductor aſellorum ſit agaſo ſuumque ſubulcus.
Mulio dux mulis: ouium opilio tibi paſtor,
Æpolus eſt capris dictus bubulque bubulcus.
Eſt cito curriculum, ſit curriculo tibi tempus
Eſt ſpatium lux, vel lum, paruum dicito currum.

Ac etiam curſum.
Hoſpes ſuſcipiens, hoſpes ſuſpectus habetur,
Eſt quoque, qui nutrit, ſic qui nutritur alumnus.
Qui venit, & vehitur, vector ſolet eſſe vocatus,
Sex caſus dices, fortunaque caſus habetur.
Euentuſque malus caſum dic eſſe cadentis,
Sors notat euentum, ſignat quoque ſors capitale.
Sors eſt fortuna, & ſortes reſponſa deorum.
Grana molit mola, pro ſacris mola falſa farina.
Magna eſt res moles, moles tibi ſit quoque pondus;
Glax metit, eſt ardet fax, ſed faux vtraque mandit.
Fas neutri generis ſignificat licitum (lis.
Dic Thætis, hæc Thætidis, ſic mater habetur Achil-
Oceani coniux Thætys, ſic Thætyos addis.
Ales hirundo canit, nam hirundo mouetur arundo,
Tigris gris fluuius, ſic Tigris bellua gris bis,
Populus hæc arbor populuſque hic vnio gentis,
Primum longato debes breuiare ſecundum,
Alter dat partes, alium notat, atque ſecundum,
Lacteo la, ſugo lacto, lac præbeo nato,
Cupreſſi conum, dic, atque in caſſide criſtam,
Caſſis dis galea eſt ſtant captæ in caſſe ferint,
Clauis clauſtra aperit, configit vulnera clauus,
Clauus conſtringit tabulas, nauemque gubernat
Penna

Penna volat, ſed pœna punit, pinna eſt tibi rete,
Pinna, & pinnaculum muri dic eſſe cacumen.
Religio tibi ſit metus, & veneratio diuum
Sunt faſtidia tædia, ſunt faſtidia celſa,
Eſt hominis tergum, ſed habebitur bellua tergus,
Primum dat tergi, ſed tergoris eſto ſecundo,
Interdum vacuas dicemus tergora palles,
Si incipiunt anterior capitis pars dicitur eſſe,
Occipiat partem capitis dic poſteriorem.
Dico miniſterium famula miſteria ſacra,
Exemplar liber eſt, exemplum ſcribis ab illo,
Quinq; annos luſtrum dic atque cubile ferrarum,
Circuituſque ſimul, purgatio ſit quoque luſtrum;
Clarificat, purgat, circumſpicit, omnia luſtrat.
Ignis ius coquitur, ius rectum, iuſque poteſtas
Eſt generis neutri, & iuris genitiuus habebit,
Cor vrunt curæ, ſed curam dicis amorem.
Pars capitis tempus, ſpatium dic eſſe dierum.
Commoditas, aer dicitur, & optio rerum.
Hæc ſutori, acus, ſit quartæ fæmineumque,
Hoc acus, atque aceris ternæ purgantia grani,
Lima terit ferrum, ſed limus ſed tibi cænum,
Obliquus limus, ſed continet oſta limen,
Terminus eſt limes, dicatur ſemita limes.
Iudicium dices examen perſpicientis.
Aſt examen apum collectio lingua bilancis:
Sit ſtrabo, quem limis oculis ſpectare videmus;
Orbe carent orbi, natis, & partibus orbi,
Lucis egens cæcus fruſta geſtabit ocellos,
Vnum luſcus, habet haberi, vel lumine cernit,
Lar domus eſto tibi Deus, ipſe domeſticus eſt lar;
Lar focus, atque ignis, necnon penetralia ſacra.
Scris ſtipis eſt numus, ſtis ſtipes in arbore truncus.
Hic ſtirps ea radix; Hæc ſtirps eſt clara propago.
Prunus habet prunum, ſed prunam flamma perurit,
Pars anni breuior bruma eſt regit arua pruina,
Cardinis in porta eſt cardo; ſed cardus agro.
Fundus ager, ſed funda facit pars infima fundum.

Talus

Talus taxillus ludus pars in pede talus,
Palma manus albor palma, eſt victoria palma.
Pecten agit telas lanam ſimul atque capillos;
Pubes inferior, piſcis, ſic orbo choteæ.

Eſt pecten citheæ.

Heſperus in ſero dicatur: mane vocetur
Lucifer, ac Venus eſt ſemper noctesque dieſque
Immemor oblitus tibi fœtus, & oblitus eſto.
Obliuiſcor habent primum, oblino iunge ſecundũ
Et breuis arguus, ſic callidus, atque ſonorus,
Et lentus pigrum flexibile, & oria ſignat.
Quod ſi componas, plenum ſignare videbis.
Da tria diſcrimen, diſtantia glabra periclum.
Inuidus hic doleat, dum gaudeat inuidioſus.
Collegam facit officium, comitem via iungit.
Ipſe labor ſocium tenet, & dabit eſca ſodalem:
Eſt amor æqualem pariter, tempus que notabunt.
Sunt & in os, & in or, quædam facientia rectos.
Eſt labor, atq; lepos odor ac honor additur arbos
Iſta ſuis reprebent, aut is, nomina rectis.
Vomer cum puluer ſic ciner, ſicque cucumer,
Qui negat occidit moriens eſt occidit ipſe.
Primum cædo facit, cado vult formare ſecundum.
Cedo facit ceſſit cedi cado cædo cecidi.
Cedo facit ceſſum, cado caſſum, cedoque ceſum.
Expecto operior, tu operis ſecreta regendo
P duplex primo, ſimplex deſcribe ſecundo
Stemma eſt nobilitas, ſtigma eſt punctura vocanda
Schema habitum dices, atque in ſermone figuram.
Fert gerit oſtendit patitur dat dicit habetque.
Fert cupit turbat ducit confligit in armis.
Eſt ager hoc aruum granum eruum ſulcus ab vruo
Cogitat iſte putans, ſeperit, qui excogitat vltrà
Addidit cum d. recipit ſine d. quoque perdit;

Peccat, & admittit.

Orat, qui rogat, qui exorat vendicat vllum.

Dic

Dic, duc, fac, & fer, & cognoſces apocopaca.
Pro dice, & fere, ſic face ponas pro quoque duce,
Æſtus ſit ſolis feruor, moruſque marinus.
Condit, qui celat, facit, & Dijs conſecrat ipſis,
Lignum ferra ſecum, fera continet oſtia clauſula.
Re geminat primum, ſimplex deſcribe ſecundum.
Conſtat compoſitum, eſt manifeſtum dicito ſæpe.
Conſtat, & erigitur, ſic conſtat ſtare putatur.

Conſtat, & eſt emptum.
Quod differre facit, pronomen dicitur eſſe.
At nomen proprium poſitum ſibi vendicat omnis.
Cognomen verò, & genus cognatio ponit,
Quod dabit euentus, tu Agnomen iure vocabis,
Vt Genus Paulus, ſic Scipio creaticus extat,
Cogit, qui ſtringit, cogit, qui quæ verba mulget,
Et cogit, ſubigit, ſic colligit, & ſimul vrget,
Pometum pomos, pomaria pomo reſeruant.
Mœnia poſt que locos poſitos, pomeria dices,
Malus mala creat, ſat geſtat carbaſa malos,
Fæminei generis primum, maris eſto ſecundo:
Semen, ager recipit, ſed terra extollitur ager,
A breuis in primo eſt, g. duplex deſcribe ſecundo
Mentitur fallens, mendacia, dicitur oberrans,
Hic vehementer amat, diligit te iſte minus.
Dic gallos gentem, gallinas gallus habebit,
Atque ſacerdotem Cybeles tu dicito Gallum:
Carmina qui ſcribit, canit, & qui fata prophetat.
Quinque canit, cantat, laudans canit acta virorum
Arceo cum moneo, cum cogo arcere vocato,
Protheſis apponit caput, illud aphereſis aufert.
Sincopa de medio tollit, quod etheſis auget.
Aufert apocope finem, quem dat paragoge.
Legat, qui mittit, ligat hic, qui vincula nectit.
Le primum longat, li curtum po ne ſecundum.
Ille tui ſimilis, qui moribus æquiparatur.
Ille tibi ſimilis, quiſquis facie æquiparatur.
Qui fugat, expellit, fugit, hic diſcrimina vitans,
Pulſo

Pulſo ſonans, pulſo feriens, pro pulſo repellens
Truncus erit ſolus vitis, ſed vinea plures,
Atque inſtrumentum dicatur vinea belli,
Dicitur alga maris, ſed dicitur vlua paludis.
Eſt anima, & vita, & ventus, ſic halitus oris.

Eſt animus, atque ira ſimul.
Qui ſeruat, parciter, veniam dans is quoque parcis,
Signat Ago recito, facio, refero quoque duco.
Et tractor inſector.
Qui plangit, plorat, plangit, qui percutit ora.
Illarum vulnus, innatum dicitur vlcus.
Eſt via: qua vadis ratio via, dicis, & vſum.
Verro, traho, vero, verto, verro quoque mundo:
Halant, qui ſpirant, alit hic, qui præbuit eſcam.
Primum longato, debes breuiare ſecundum,
Frons frõtis capitis, frons frondis in arbore creſcit,
Eſt aqua fons maris, at tu cœtera fœmina dices,
Maiores incuſo, paruos accuſo, pareſque.
Increpat, incuſat, accuſat quiſque ſceleſtium:
Intendit, ceſſat, ſeruit, vacat, & ſuperextat.
Et licet, atque caret, ſic vacuare ſolet.
Diſcrimen dices, atque experimenta periclum:
Primum vult per eo, perior formare ſecundum:
Eminus à longe, ſed communius à propè ſpectat.
Emanus eſt primo, ſed commanus eſto ſecundo.
Dic Auſtrum eſſe notum. Nothus eſt pellice natus:
H. fugit primum, ſed tua aſpirato ſecundum,
Nobilis antiquus vetus eſt, & carus habendus.
Saltem ſi minus ad ſaltas dicito ſaltim.
Cœcus, & alatus, nudus puer, & pharetratus.
Iſtis quinque modis, dominus monſtratur amoris
Eſſe toros dices paleares in corpore pulpas,
Et ſedes torus eſt pro letto ſæpe notatus.
Aſpiras horam partem appellando diei,
Si non aſpires: limbum dabit, & regionem,
Prora prior, puppis pars vltima, & ima carina,
Dic nauem eſſe ratem, ſic ligna natantia iuncta

Naues

Naues collectas plures tu dicito claſſem,
Dico vulnus plagam regio eſt plaga rete.
Produces primum, debes breuiare ſecundum.
Aures hic nominum, dic auriculas reliquorum.
Auriculas eſt extans membrana auriſque foramen,
Vincula de brutis, digitorum dicitur vnguis:
Auxilium deſignat opis, ops terra vocatur.
Diuitias opibus ſimul auxiliumque notato.
Lens lendis capiti, lentus conuenit ori,
Lentigio in facie nota ſit rubicunda vocanda:
Vita fouet corpus, conſtringit vita capillos,
Viuo facit primum, dices à vincia vintam.
Hæc acies oculi ſit acumen, ſit quoque cultri,
Et bello ſtructas acie potes ipſe vocare,
Vitio vindicta eſt, ſimul, & prætoria virga,
Pex eſt filiorum, ceps ferri, pexque pilorum;
Fex eſt de reliquis, olei dicatur amurca.
Continuè ſemper ſit, continuo tibi ſtatim.
Imbributus eſt terrens, eſt lignum torris aduſtrum,
Corporis eſt membrum manu, & turma poteſtas
Glis animal, glis terra tenax vglis lappa vocatu,
Prima tenet gliris, tis, & altera, tertia gliſſis,
Occido examino, Iudex examinat æquus.
Aures dic patulas, oculos appello patentes,
Sunt haſſæ teretes, ſed poma rotunda vocamus.
Aſſiduus diues ſimul, atque attentus habetur.
As tibi dat primum, aſſideo caput eſto ſecundo
Proſpicit à lóge hæc ſpecula, hoc ſpeculũ tibi lucet,
Iuſtitia eſt virtus, iuſtitiam ius tacet Vrbis.
Bis duo ſunt odi noui cæpi meminique,
Quę retinet ſenſum præſentis præteritumque
Stans aqua ſit ſtagnum, ſed ſtannum dico metallum
N. g. deſcribi primum n. duplici que ſecundum.
Eſſe tamen verè ſtagnum tu dicis vtrumque,
Quæ flagrant, ardent, quod fragat, mittit odorem,
Turba ſcito chorum, ſed ventat in aere corus
Moriger ille eſt, quem nos dicimus obſequioſum.
Quinque bonos mores agit, is moratus habetur,

Eſt

Eſt homo difficilis, quærulus moroſus habendus,
Amouet elongat, coniungit, qui admouet vllum
D. caret primum, ſed cum deſcribe ſecundum.
Ala volat, turna eſt equitum, volucriſque ſit ales.
Fœminei generis primum commune ſecundum.
Styx Acheron Lethe Concitus cum Phegetonte
Odit triſtatur dehiſcit, luget, & ardet,
Pars populi claſſis, ratium collectio, turma,
Ambiſos clauſos dic ambius aptat honores,
Mobile ſit primum, ſed fixum pone ſecundum,
Qui ſacra fert, libat, litat hic, qui numina placat.
Fertilis eſt lętus pingueum tu dicito lętum.
Atque hilarem.
Eſt lętus gaudens, ſed lęthum dicito mortem,
Diphtongum primo, ſimplex deſcribe ſecundo.
Qui locat hic ponit: locat hic quicunque maritat:
Atque parat precij etiam facienda locamus.
Annuit, atque nuit, ſi labro, aut nare notat quid
At nutat capite tremulo, ſed nictat ocello.
Dic famulum puerum, puer ætatem tibi ſignat,
Atque marem puerum debemus ſæpe notare.
Dat cauſam propter, ſed iuxtà dicito ſæpe.
Eſt ardens ſcintilla, caneſque calore fauilla,
Conſequor acquiro ſimul aſſequor ex primo quicq;
Eſſe procul longe dices, procul eſt propè ſæpe,
Qui laxat largat, laxat qui membra fatigat,
X. primum quærit, duplex ſi ſcribe ſecundo,
Grata perit, poſcit, ſed debita flagitat ardens.
Imperus, atque dies, nox edat, & u. tibi ſexto.
Eſt pyra congeries lignorum exuſtāque buſtum;
Ardenteſque rogos ſubiecto dicimus igne,
Fraus fraudis dolui eſt, fraudem dic eſſe periclum,
Vas vadis hic ſpondet, vadum eſt fluuij breuis vnda
Vas vaſis, retinet, vel fercula, vel capit vndas.
Vindex dicatur ventura pericula pellens,
Preteritumque malum, qui punit, dicitor vltor,
Haurit dic vacuat, ſorbet bibit aſpicit audit atq; fe-
Vadit qui pergit promittens danda vadatur. (rit

Ciuibus

Ciuibus eſt Ciuitas, ſed mœnia dicimus vrbem.
Dicis aquam laticem venis, vel fonte latentem.
Eſtq; latex, vinum lateat, qui vaſe, vel vrna.
Conſultus peritur, petit hic conſultor habendus.
Quod verò petitur, conſultum eſt iure vocandum.
Eſt factum facinus, facinus ſcelus eſſe memento.
Fœta notat plenum, dicta eſtq; purpura fœta.
Inſidias furtum, ſtuprum dic atque rapinam:
Eſt hara porcorum venerabilis ara deorum.
Prima breuis petit longa eſt ſine h, ſecunda.
Sæpius hic finit pluralem, tertia quartum.
Cum teneris rectus ſimile formando ſecundum:
Pluraleſq; vel Er. Ns, coniungimus Rs
Nauis, tris, imbris, pontis, ſic dicio patris.
Rarius is, reliquis, pluris, lis quoque litis
Hæc tria ſi dicas orior, morior, potiorque,
Declinando vales iris, vel eris, reperire.

F I N I S

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Google